ODÓN DE CLUNY

Vida de san Geraldo de Aurillac

Vita S. Geraldi

SABBATISMUS

Odón de Cluny (c. 879–942)
Vita S. Geraldi · Vida de san Geraldo de Aurillac

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

Carta dedicatoria del autor 7
Prefacio 9
Libro primero 13
II 13
III 13
IV 15
V 17
VI 17
VII 19
VIII 19
IX 23
X 25
XI 27
XII 29
XIII 31
XIV 31
XV 33
XVI 35
XVII 35
XVIII 37
XIX 37
XX 39
XXI 39
XXII 41
XXIII 41
XXIV 41
XXV 43
XXVI 43
XXVII 45
XXVIII 45
XXIX 47
XXX 49
XXXI 49
XXXII 49
XXXIII 51
XXXIV 53
XXXV 53
XXXVI 55
XXXVII 57
XXXVIII 57
XXXIX 57
XL 59
XLI 61
XLII 61

Prefacio al libro segundo 65
Libro segundo 67
II 67
III 69
IV 69
V 71
VI 71
VII 73
VIII 73
IX 75
X 77
XI 79
XII 79
XIII 79
XIV 81
XV 81
XVI 83
XVII 85
XVIII 85
XIX 87
XX 87
XXI 89
XXII 91
XXIII 91
XXIV 91
XXV 95
XXVI 95
XXVII 95
XXVIII 97
XXIX 99
XXX 99
XXXI 101
XXXII 101
XXXIII 103
XXXIV 103
Libro tercero 107
I 107
II 109
III 111
IV 111
V 113
VI 115
VII 115
VIII 119
IX 121

X 121
XI 121
XII 123
Libro cuarto 123
II 125
III 125
IV 125
V 127
VI 129
VII 129
VIII 129
IX 131
X 131
XI 133
XII 135

Auctoris epistola nuncupatoria

Affectu recolendo pro suis meritis domno AYMONI abbati, conservus fratrum ODO perpetuam salutem in Christo.

Libellum, venerabilis pater, quem de conversatione et miraculis beati hominis Geraldi, me, qualitercunque possim, dictare tam imperiose nuper suaseras, jam, licet tremens, aggredior. Nam, etsi faciendo praesumptionem, quasi meis viribus excedens, timeo; et non faciendo, contumaciam, quasi inobediens, pertimesco. De obedientia vero et bonitate Christi confisus, aggrediens, te quaeso, ut ejusdem Christi clementiam implores, quatenus pro amore ipsius famuli sui Geraldi, relationem sic modificare dignetur, ut homini, quem glorificare disposuit, non sit ex toto indigna, nec mihi transgressionis causa. Ad quam videlicet transgressionem evadendam, nonnulla, de quibus tu forte causaberis, praetereo; sola illa quae mihi sunt vulgata, cum et tu coram adesses certis auctoribus contexens.

Vale.

Carta dedicatoria del autor

Al señor abad Aimón, digno de recuerdo afectuoso por sus méritos, Odón, consiervo de los hermanos, desea salud perpetua en Cristo.

El librito sobre la vida y los milagros del bienaventurado varón Geraldo, venerable padre, que hace poco me instaste con tanto imperio a componer como pudiera, lo emprendo ya, aunque temblando. Pues si lo hago, temo la presunción, como quien excede sus fuerzas; y si no lo hago, me espanta la contumacia, como quien desobedece. Confiado, pues, en la obediencia y en la bondad de Cristo, pongo manos a la obra, y te ruego que implores la clemencia del mismo Cristo para que, por amor de su siervo Geraldo, se digne moderar el relato de tal modo que no sea del todo indigno del hombre a quien dispuso glorificar, ni ocasión de transgresión para mí. Para evitar esa transgresión, paso por alto algunas cosas que quizá me reproches, y entretejo solo lo que me dieron a conocer testigos fidedignos, estando tú también presente.

Adiós.

Praefatio

Plerique dubitare solent, utrum vera sint quae de beato Geraldo referuntur. Inter quos nonnulli penitus non verum, sed phantasticum putant. Alii quoque velut excusationes in peccatis quaerentes, indiscrete hunc extollunt, dicentes videlicet quia Geraldus potens et dives fuit, et cum deliciis vixit, et utique sanctus est. Qui nimirum suam voluptuosam vitam ejus nituntur exemplo excusare. His ergo nobis visum est aliquantulum, prout possumus respondendum. Nam et nos dudum audita miraculorum fama, nihilominus de his dubitabamus: ob hoc maxime quod in quibusdam locis nescio per quos rumores solent vulgares conventus noviter fieri, paulatimque velut res vana cessari. Sed cum causa insisteret, ut Tutelensis coenobii fraternitatem inviseremus, ad sepulcrum ipsius intendere libuit. Tunc vero accitis quatuor ex his, quos ipse nutrierat, Hugone videlicet monacho, Hildeberto sacerdote, Wilardo quoque, et alio Hildeberto nobilibus laicis, sed et aliis quampluribus, de moribus et qualitate vitae ejus hactenus disquisivimus: nunc simul, nunc semotim, quid singuli dicerent, vel si in dicendo sibi concordarent, certatim inspeximus, tacite expendentes, si talis vita ejus esset, cui forte miracula convenissent. Comperto autem quam religiose vixerit, et quod hunc Deus in sua gratia pluribus indiciis esse monstraverit, jam de ejus sanctitate dubitare nequivimus. Magis miramur, quod in hac nostra aetate, cum jam charitas pene tota refrigescit, instante antichristi tempore, sanctorum miracula cessare debeat. Sed nimirum suae promissionis est memor, quia per Jeremiam dicit: Non desinam benefacere populo meo. De hoc autem ejus benefacto testatur Apostolus, dicens quia Deus in nullo saeculo sine testimonio semetipsum relinquens, benefaciens corda hominum laetitia implet. Si ergo divinae benignitati ejus placet, ut qui fecit cum patribus mirabilia, nostris quoque glorificetur temporibus, increduli nequaquam esse debemus.

Prefacio

Muchos suelen dudar de si es verdad lo que se cuenta del bienaventurado Geraldo. Entre ellos, algunos lo tienen no por verdadero en absoluto, sino por pura fantasía. Otros, como buscando excusas para sus pecados, lo ensalzan sin discernimiento, diciendo, en efecto, que Geraldo fue poderoso y rico, que vivió entre deleites, y que con todo es santo. Estos, sin duda, se esfuerzan por excusar con su ejemplo su propia vida voluptuosa. Nos ha parecido, pues, conveniente responderles un poco, en la medida de nuestras fuerzas. Pues también nosotros, aunque hacía tiempo que habíamos oído la fama de sus milagros, dudábamos de ellos, sobre todo porque en algunos lugares, por rumores que no sé quién difunde, suelen formarse de pronto concurrencias populares que poco a poco se extinguen como cosa vana. Pero cuando un asunto nos obligó a visitar a la comunidad del monasterio de Tulle, quisimos llegarnos a su sepulcro. Entonces llamamos a cuatro de los que él había criado —a saber, el monje Hugo, el sacerdote Hildeberto, y Wilardo y otro Hildeberto, laicos nobles—, y además a muchos otros, e indagamos sus costumbres y la calidad de su vida: unas veces juntos, otras por separado, examinamos con empeño lo que decía cada uno y si concordaban entre sí en lo que decían, sopesando en silencio si su vida había sido tal que le convinieran los milagros. Y una vez averiguado cuán piadosamente había vivido, y que Dios había mostrado con muchos indicios que estaba en su gracia, ya no pudimos dudar de su santidad. Más bien nos preguntamos con asombro por qué, en esta nuestra época, cuando la caridad está ya casi del todo enfriada y el tiempo del Anticristo es inminente, habrían de cesar los milagros de los santos. Pero sin duda se acuerda de su promesa, pues dice por Jeremías: No dejaré de hacer el bien a mi pueblo (Jer 32,40). Y de este beneficio suyo da testimonio el Apóstol, al decir que Dios, sin dejarse en ninguna época sin testimonio, haciendo el bien, llena de alegría los corazones de los hombres (Hch 14,17). Si, pues, place a su divina benignidad que quien hizo maravillas con los padres sea glorificado también en nuestros tiempos, de ningún modo debemos ser incrédulos.

Quod autem et in isto tempore, et per modernum hominem haec divina dispensatio gerit, hoc nimirum esse videtur, quia jam cuncta sanctorum retro facta vel dicta, quasi mortuus a corde recesserunt. Et cum vir iste Domini, sicut in diebus Noe repertus est, qui secundum legem vixerit, hunc ipsum Deus ad testimonium intuentibus ingerit, ut videntes quod juste et pie vixerit, ad ejus imitationem, tanquam de proximo resplendentem acies cordis evigilet. Nec observantia mandatorum Dei gravis aut impossibilis aestimetur, quoniam quidem haec a laico et potente homine observata videtur. Nihil autem mentis ignaviam deterius nutrit, quam hoc quod boni vel mali operis retributio, quae post hanc vitam restat, in praesenti non recogitatur. Quo contra monet nos Scriptura, ut in omnibus operibus nostris memoremus novissima nostra. Deus igitur famulum suum, quem in coelis remunerat, etiam in terris, coram suis contemptoribus exaltat: ut per hoc quod foris agitur, interius Dei contemptores videant, quia vanus non est qui servit Deo, sed sicut ipse testatur, qui glorificant eum, glorificabit eos, et qui contemnunt eum, eruit ignobiles. Quoniam vero hunc Dei hominem in exemplo potentibus datum credimus, viderint ipsi qualiter eum, sicut e vicino, et de suo ordine sibi praelatum imitentur: ne forte sicut regina Austri Judaeos, sic iste in judicio condemnet eos. Nos autem de ejus actibus occasionem sumentes, aliquid ad eosdem potentes commonendos, ubi se opportunitas praebuerit, sicut rogastis, annectimus. Siquidem et domnus Turpio episcopus, et dilectissimus mihi ac venerabilis abbas Aymo, cum aliis quampluribus multa vi precum me coegerunt, ut haec aggrederer. Cum quidem veram inertiae praetendissem excusationem, male se dixerunt, ut haec aggressi potius stylo proderentur. At ego perpendens quod humili quoque homini pomposa relatio minus congruat, fidem vero dictis testium adhibui. Qui signa quidem quae vulgus magni pendet, non multa retulerunt, sed disciplinatum vivendi modum, et opera misericordiae quae Deo magis placent, non pauca. Nam Rex in judicio multis qui prophetaverunt, et multis qui digna fecerunt, dicet: Nescio vos. Qui vero justitiam operantur, in qua Geraldus quam maxime excrevit, audituri sunt: Venite, benedicti Patris mei. Et revera qualia sunt gesta per quae Job, David, et Tobias, et alii quamplures beatificantur, non ista quae Geraldus egisse comprobatur. His ergo ita consideratis, credere mihi persuasum est, quod Geraldus sanctorum consortio dignus sit, per quem etiam coelestis remunerator miracula dignetur operari. Sed hanc apologeticam praefationem texentes, diu locuti; jam ad initium loquendi in Christi nomine veniamus.

Que esta disposición divina obre en este tiempo y por medio de un hombre de nuestros días parece deberse, sin duda, a que todos los hechos y dichos de los santos de antaño se han borrado ya del corazón como un muerto (Sal 31,13). Y como este varón del Señor ha sido hallado, como en los días de Noé, alguien que vivió conforme a la ley, Dios lo pone ante los ojos de quienes miran como testimonio, para que, viendo cuán justa y piadosamente vivió, despierte la mirada de su corazón a imitarlo, pues resplandece como de cerca. Y no se tenga por pesada o imposible la observancia de los mandamientos de Dios, puesto que vemos que los guardó un laico y hombre poderoso. Nada alimenta peor la desidia del alma que esto: que no se piense en el presente en la retribución de las obras buenas o malas que nos aguarda después de esta vida. Contra ello nos advierte la Escritura que en todas nuestras obras nos acordemos de nuestras postrimerías (Eclo 7,36). Así pues, Dios ensalza también en la tierra, delante de quienes lo desprecian, al siervo a quien recompensa en el cielo, para que por lo que se hace por fuera vean por dentro los que desprecian a Dios que no es vano el que sirve a Dios (Mal 3,14), sino que, como él mismo atestigua, a los que lo glorifican, él los glorificará, y los que lo desprecian quedarán en deshonra (1 Sam 2,30). Y como creemos que este hombre de Dios ha sido dado como ejemplo a los poderosos, vean ellos cómo lo imitan, pues lo tienen como a un vecino, salido de su propio estado y puesto delante de ellos; no sea que, como la reina del Mediodía a los judíos, así este los condene en el juicio (Mt 12,42). Por nuestra parte, tomando ocasión de sus hechos, añadimos aquí y allá, donde se presenta la oportunidad, algo para amonestar a esos mismos poderosos, como me lo pedisteis. En efecto, el señor obispo Turpión y el venerable abad Aimón, queridísimo para mí, junto con muchos otros, me obligaron con gran insistencia de ruegos a emprender esta obra. Y cuando alegué la excusa, verdadera, de mi incapacidad, dijeron que eso estaría mal, y que era mejor emprender estas cosas y darlas a conocer por escrito. Yo, en cambio, considerando que a un hombre humilde le cuadra poco un relato pomposo, me he atenido fielmente a lo que dijeron los testigos. No refirieron muchos de esos prodigios que el vulgo tiene en gran estima, pero sí no pocas cosas de su disciplinado modo de vivir y de las obras de misericordia, que agradan más a Dios. Pues en el juicio el Rey dirá a muchos que profetizaron y a muchos que hicieron obras dignas: No os conozco (Mt 25,12). Pero los que obran la justicia, en la que Geraldo creció en sumo grado, oirán: Venid, benditos de mi Padre (Mt 25,34). Y en verdad, ¿de qué clase son los hechos por los que Job, David, Tobías y muchos otros son llamados bienaventurados, sino como los que consta que hizo Geraldo? Consideradas, pues, así las cosas, me he persuadido a creer que Geraldo es digno de la compañía de los santos, y que por él se digna también el remunerador celestial obrar milagros. Pero, al tejer este prefacio apologético, nos hemos alargado; vengamos ya, en el nombre de Cristo, al comienzo del relato.

Liber primus

I.

Vir igitur Domini Geraldus ea parte Galliarum, quae ab antiquis Celtica vocatur, oriundus fuit; territorio videlicet, quod est Arvernensi atque Caturcensi, nec non etiam Albiensi conterminum, oppido vel villa Aureliaco, patre Geraldo, matre vero Adaltrude progenitus. Carnis nobilitate tam excellenter illustris, ut inter Gallicanas familias ejus prosapia, tam rebus, quam probitate morum, generosior videretur. Fertur enim quod parentes illius modestiam atque religionem veluti quadam haereditaria dote sibi tenuerint. Cujus rei duo testes ex eadem stirpe emergentes existunt, ad hoc astruendum satis idonei: sanctus videlicet Caesarius Arelatensis episcopus et beatus Aredius abbas. Et quia Dominus in generatione justa, generatio vero Geraldi quaerentium est Dominum: consequens est ut generatio rectorum benedicatur. Sane quantum locupletes iidem fuerint, vel praedia mancipiis referta testantur, quae circumquaque diffusa eidem Geraldo jure successionis obvenerunt. Sed decus mentis quod ex parentibus hauserat, in ipso multipliciter auctum refulsit. Quadam enim gratia genitores ejus clariores sunt, qui prolem tam felicem gignere meruerunt.

II.

Pater quippe ipsius in ipso conjugio sese castificari tantopere studebat, ut semoto frequenter a conjuge toro, solus accubitaret, velut ad tempus, juxta Apostolum, orationi vacans. Quadam vero nocte monitus in somnis perhibetur, quatenus uxorem cognosceret, quia filium generaturus esset. Aiunt enim quod ei missum sit, ut illum nomine suo Geraldum vocaret. Dictum quoque quoniam futurus magni meriti foret. Excitus autem congratulabatur visioni. Dehinc iterum soporatus videbatur illi, ut de pollice pedis ejus dextri quaedam virgula nasceretur, quae paulatim in magnam arborem succrescebat, ac subinde frondibus diffusis universim [sensim] spatiabatur. Tum ille quasi operarios vocans, jubebat furcarum vel perticarum adminicula supponi. Et cum illa vehementer grandesceret, nullum tamen pondus in pollice sentiebat. Siquidem somniorum visiones non semper sunt inanes. Et si somno fides adhibenda est, videtur haec visio rerum effectui convenire futurarum. Cognovit itaque uxorem, quae juxta condictum visionis puerum concepit. Sed fortasse de hoc quasi de somnio dubitari potest. Aliud tum virtutis indicium evidenter secutum est.

III.

Libro primero

I

Geraldo, pues, varón del Señor, era oriundo de aquella parte de las Galias que los antiguos llamaban Céltica, del territorio, a saber, que linda con Auvernia, el Quercy y también el Albigense; nació en la villa o hacienda de Aurillac, de padre Geraldo y de madre Adaltruda. Era tan ilustre por la nobleza de la sangre que su linaje parecía de los más nobles entre las familias de las Galias, tanto por sus riquezas como por la rectitud de sus costumbres. Se cuenta, en efecto, que sus antepasados conservaban la modestia y la religión como una especie de dote hereditaria. De ello hay dos testigos surgidos de la misma estirpe, bien idóneos para probarlo: san Cesáreo, obispo de Arlés, y el bienaventurado abad Aredio. Y como el Señor está con la generación justa (Sal 14,5), y la generación de Geraldo es la de los que buscan al Señor (Sal 24,6), se sigue que la generación de los rectos será bendecida (Sal 112,2). Cuán ricos fueron lo atestiguan las haciendas pobladas de siervos, esparcidas por todas partes, que pasaron a este mismo Geraldo por derecho de sucesión. Pero la nobleza de alma que había recibido de sus padres resplandeció en él muchas veces acrecentada. Pues por una cierta gracia sus padres son más ilustres por haber merecido engendrar un hijo tan dichoso.

II

Su padre, en efecto, se esforzaba tanto en guardarse casto dentro del mismo matrimonio, que a menudo se apartaba del lecho de su esposa y dormía solo, entregándose por un tiempo a la oración, según el Apóstol (1 Cor 7,5). Una noche, según se cuenta, fue advertido en sueños de que se uniera a su esposa, porque iba a engendrar un hijo. Dicen, en efecto, que se le mandó llamarlo Geraldo, con su propio nombre. Se le dijo también que sería de gran mérito. Al despertar, se alegró de la visión. Luego, dormido de nuevo, le pareció que del dedo gordo de su pie derecho nacía un vástago, que poco a poco crecía hasta hacerse un gran árbol y enseguida, desplegando su follaje, se extendía por todas partes. Entonces, como llamando a unos obreros, mandaba poner debajo puntales de horquillas y pértigas. Y aunque el árbol crecía enormemente, él no sentía peso alguno en el dedo. Las visiones de los sueños, en efecto, no siempre son vanas. Y si hay que dar crédito a un sueño, esta visión parece concordar con lo que había de cumplirse. Se unió, pues, a su esposa, y ella concibió un niño, conforme a lo anunciado en la visión. Pero acaso pueda dudarse de esto, por tratarse de un sueño. Siguió entonces otra señal prodigiosa, esta evidente.

III

Genitrix ejus cum esset vicina partui, nono videlicet die priusquam nasceretur, contigit ut cum suo viro vigilanti vigilans ipsa jaceret. Et dum nescio quid vicissim sermocinarentur, infans emisit vocem quam ambo audierunt. Cumque attoniti, quidnam esset obstupescerent, neque ignorare poterant, quod illa vox in alvo matris sonuerit, vocat pater cubiculariam, et quonam ille vagitus increpuerit, adhibito lumine jubet disquiri. Cum illa nullum omnino infantem adesse, qui vocem illam ediderit similiter attonita protestaretur, infans iterum secundo sonuit. Et post modicum intervallum, sonuit etiam tertio, videlicet sicut recens natus vagire solet. Ter igitur in ventre matris auditus est, quod profecto tam mirum est, quam et contra naturae modum constat accidisse. Et quia non casu, sed disponente rerum ordinatore Deo factum est, forte vox illa jam praesagabat [praesagiebat], quod in hujus mortalitatis clausura vitales actus erat habiturus. Nam sicut partus in alvo matris degens, vivit quidem, sed nullum sensum habet, sic omne genus humanum in hac vita post reatum primi hominis, velut inter angustias uteri clausum tenetur, ubi licet per fidem in spe gloriae filiorum Dei vivat, tamen nihil spirituale [sensuale] sicut est videre, neque efficaciam sensuum qualem primus homo ante peccatum habuit, vel sancti post hanc vitam accipiunt, nullatenus nisi languide, et aegre exercet. Geraldus igitur in matris utero bene sonuit, quoniam ultra communem aliorum vigorem in fide sanctae Trinitatis exercens, felicem famam, qua erat orbem repleturus, per illam voculam significavit.

IV.

Natus vero, et ablactatus, cum ad illam aetatulam pervenisset in qua solet in parvulos morum qualitas explorari, quaedam placens indoles in eos subrutilabat, per quam diligenter inspicientes, virum hunc virtutis futurum esse conjiciebat. Nam in prima aetate, ut saepe videmus, incitamentis corruptae naturae, solent parvuli irasci, et invidere, et velle ulcisci, vel alia hujusmodi attentare. At in puero Geraldo dulcedo quaedam animi cum verecundia, quae multum honestat adolescentiam, ipsos infantiles actus decorabat. Qui divina providente gratia studiis litterarum applicatus est, ea tantum parentum voluntate, ut decurso psalterio, mox saecularibus exercitiis, sicut nobilibus pueris mos est, erudiretur. Scilicet ut Molossos ageret, arcista fieret. cappos et accipitres competenti jactu emittere consuesceret. Sed ne inani studio deditus, tempus ad discendum litteras congruum in vacuo transiret, divino nutu dispositum est, ut diutius aegrotaret. Tali equidem infirmitatis languore, ut a saeculari exercitio retraheretur, sed ad discendi studium non impediretur.

Estando su madre próxima al parto, a saber, nueve días antes de que naciera, sucedió que yacía despierta junto a su marido, también despierto. Y mientras conversaban de no sé qué, el niño dio una voz que ambos oyeron. Atónitos, y preguntándose estupefactos qué sería —aunque no podían ignorar que aquella voz había sonado en el seno de la madre—, el padre llama a la camarera y le manda traer luz y buscar de dónde había salido aquel vagido. Como ella, igualmente atónita, asegurara que no había allí niño alguno que hubiera dado aquella voz, el niño sonó por segunda vez. Y tras un breve intervalo sonó también por tercera vez, como suele llorar un recién nacido. Tres veces, pues, se le oyó en el vientre de su madre, cosa tan admirable como a todas luces contraria al curso de la naturaleza. Y como no sucedió por azar, sino por disposición de Dios, que ordena todas las cosas, quizá aquella voz presagiaba ya que, aun encerrado en esta mortalidad, había de realizar obras de verdadera vida. Pues así como la criatura que vive en el seno materno vive, sí, pero no tiene sentido alguno, así todo el género humano, en esta vida, tras la culpa del primer hombre, está como encerrado en las estrecheces del útero, donde, aunque vive por la fe en la esperanza de la gloria de los hijos de Dios, no ejerce nada espiritual —como es el ver—, ni la eficacia de los sentidos que tuvo el primer hombre antes del pecado o que reciben los santos después de esta vida, sino de manera débil y penosa. Con razón, pues, sonó Geraldo en el seno de su madre, ya que, ejercitándose por encima del vigor común de los demás en la fe de la Santa Trinidad, significó con aquella vocecita la feliz fama con que había de llenar el mundo.

IV

Nacido ya y destetado, cuando llegó a aquella tierna edad en que suele examinarse el carácter de los niños, despuntaba en él una índole tan agradable que quienes lo observaban con atención conjeturaban que sería un hombre virtuoso. Pues en la primera edad, como vemos a menudo, los niños, incitados por la naturaleza corrompida, suelen enojarse, envidiar, querer vengarse o intentar otras cosas por el estilo. Pero en el niño Geraldo una cierta dulzura de ánimo, junto con el pudor que tanto honra a la juventud, adornaba sus mismos actos infantiles. Por providencia de la gracia divina fue aplicado al estudio de las letras, aunque sus padres solo querían que, una vez recorrido el salterio, fuera instruido enseguida en los ejercicios del siglo, como es costumbre con los niños nobles. Es decir, que manejara los perros molosos, se hiciera arquero y se acostumbrara a lanzar halcones y azores con el debido impulso. Pero, para que, entregado a una afición vana, no se le pasara en balde el tiempo propio para aprender las letras, dispuso la voluntad divina que estuviera enfermo largo tiempo. Y de tal dolencia, que lo apartaba de los ejercicios del siglo, pero no le impedía el afán de aprender.

Siquidem minutis jugiter pustulis ita replebatur, ut per longum tempus protractae, jam non putarentur posse sanari. Qua de causa genitor ejus cum matre decernit, ut litterarum studiis arctius applicaretur. Quo videlicet, si usibus saeculi minus esset aptus, ad ecclesiasticum officium redderetur accommodus. Hac igitur occasione factum est, ut non modo cantum disceret, quin etiam et grammaticam praelibaret. Quod ei postea multum profuit, cum acies ingenii per illud exercitium elimata, ad omne quod vellet, acutior redderetur. Inerat autem illi vivax mentis sagacitas, et ad discendum quae vellet satis prompta.

V.

Transmissa pueritia cum jam adolesceret membrorum robur nocivum corporis consumpsit humorem. Tam velox autem factus est, ut equorum terga facili saltu transvolaret. Et quia viribus corporis fortiter agiliscebat, armatam militiam assuescere quaerebatur. Sed jam dulce scripturarum adolescentis animum subarraverat, ad cujus studium affectuosius anhelabat. Ob hoc licet militaribus emineret officiis, delectatione tamen litterarum illectus; in illis voluntaria pigritia lentulus, in hujus sedulitate erat assuetus. Credo jam sentiscebat quia, juxta Scripturae testimonium, melior est sapientia quam vires, et nihil est locupletius illa. Et quoniam facile videtur ab his qui diligunt eam, mentem ejusdem adolescentis praeoccupabat, ut ei se prior ostenderet, ut esset dulcis allocutio cogitationis ejus. Nullo igitur impedimento Geraldus poterat occupari, quin ad amorem discendi recurreret. Unde factum est, ut propemodum pleniter Scripturarum seriem disceret, atque multos clericorum quantumlibet sciolos in ejus cognitione praeiret.

VI.

Decedentibus autem parentibus cum ejus dominio potestas omnis deveniret, non ut solent adolescentes, qui in matura dominatione superbiunt, Geraldus intumuit, nec incoeptam cordis modestiam immutavit. Dominandi potestas grandescebat, sed mens humilis nequaquam insolescebat. Pro disponendis vero atque tuendis rebus, quas, ut diximus, haereditario jure sibi vindicaverat, occupari cogebatur, et ab illa cordis dulcedine, quam aliquatenus jam praegustaverat, ad amaritudines terreni negotii foras exire. Hoc sui cordis secretum deserere aegre ferebat, mox tamen ut possibile erat, ad illud recurrebat.

Pues se le cubría el cuerpo continuamente de pequeñas pústulas, de tal modo que, prolongándose largo tiempo, se creyó que ya no podrían sanar. Por esta causa su padre, de acuerdo con su madre, decide que se aplique con más empeño al estudio de las letras. A fin de que, si resultaba menos apto para los usos del siglo, quedara dispuesto para el ministerio eclesiástico. Así, con esta ocasión, sucedió que no solo aprendió el canto, sino que también gustó las primicias de la gramática. Lo cual le aprovechó mucho después, pues, afilado por aquel ejercicio el filo de su ingenio, se le hizo más agudo para cuanto quería. Tenía además una viva sagacidad de entendimiento, bien dispuesta para aprender lo que quisiera.

V

Pasada la niñez, cuando ya entraba en la adolescencia, el vigor de sus miembros consumió el humor nocivo de su cuerpo. Y se hizo tan ágil que saltaba sobre el lomo de los caballos con un fácil brinco. Y como se fortalecía y se volvía ágil en fuerzas corporales, se procuraba acostumbrarlo a la milicia armada. Pero la dulzura de las Escrituras había ya tomado en prenda el ánimo del joven, que anhelaba su estudio con mayor afecto. Por eso, aunque sobresalía en los ejercicios militares, atraído sin embargo por el gusto de las letras, en aquellos era lento con una pereza voluntaria, y en la asiduidad de estas estaba bien ejercitado. Creo que ya sentía que, según el testimonio de la Escritura, mejor es la sabiduría que la fuerza (Sab 6,1), y nada hay más rico que ella (Sab 8,5). Y como se deja ver fácilmente por los que la aman, se adelantaba a ocupar la mente del joven, mostrándosele ella primero (Sab 6,12-13), para ser el dulce coloquio de sus pensamientos. Ningún obstáculo, pues, podía ocupar a Geraldo hasta el punto de que no volviera corriendo al amor del estudio. De ahí que llegara a aprender casi por entero la serie de las Escrituras y aventajara en su conocimiento a muchos clérigos, por instruidos que fuesen.

V I

Al morir sus padres y pasar a su dominio todo el poder, Geraldo no se envaneció, como suelen los jóvenes que se ensoberbecen con un señorío prematuro, ni cambió la modestia de corazón que había comenzado. Crecía el poder de su señorío, pero su alma humilde no se volvía en modo alguno insolente. Pero se veía obligado a ocuparse en ordenar y defender los bienes que, como dijimos, había reivindicado por derecho hereditario, y a salir de aquella dulzura del corazón que ya en alguna medida había gustado hacia las amarguras de los negocios terrenos. Llevaba a mal abandonar este retiro secreto de su corazón, pero en cuanto le era posible volvía a él.

Sed dum ab alto contemplationis quasi ruere per terrenam occupationem videretur, sicut ibici mos est, ut ruens in suis cornibus se recipiat, ne moriatur; ita ad amorem divinum, vel Scripturae sanctae meditationem recurrens, internae mortis ruinam evadebat: illo nimirum Davidico spiritu jam, ut reor afflatus, quo ille fervens non dabat somnum oculis, donec actionibus diurnis exoccupatus, locum Domino in seipso inveniret, in quo sub lingua sua secretim exsultans, quam dulcis est Dominus degustaret. Forte juxta illud Job rivos olei huic petra Christus fundebat, ne aquae multae possent exstinguere in eo lucernam charitatis. Et ad istam cordis refectionem defixus quidem inhiabat, sed domesticis tamen, et familiaribus exigebatur, ut otia contereret, et aliorum sese utilitatibus impenderet.

VII.

Mordaces igitur curas propter querimonias reclamantium invitus admittebat. Causabantur enim sui querelosa voce dicentes: Cur potens vir ab infimis personis quae res suas populabantur, violentias pateretur; addentes, quia dum explorarent quod ille se nollet ulcisci, quidquid illius juris esset mordacius devastarent: Sanctius et honestius esse, ut jus armatae militiae recognosceret, in hostes ferrum stringeret, violentorum audaciam frenaret; satius esse temerarios vi bellica premi, quam pagenses et inermes ab eisdem injuste opprimi. Quod Geraldus audiens, non assultu, sed ratione cohortatus, ad miserandum et subveniendum flectebatur. Totumque se divinae dispositioni ac misericordiae committens, tractabat qualiter pupillos et viduas juxta apostolicum praeceptum visitaret, ut se ab hoc saeculo immaculatum custodiret.

VIII.

Igitur ad insolentiam violentorum reprimendam se jam exercebat, id inprimis certatim observans, ut hostibus pacem, facillimamque reconciliationem promitteret. Quod utique studebat, ut vel in bono malum vinceret, vel si illi dissiderent, jam ante Dei oculos suae parti justitia plenius favisset. Et aliquando quidem mulcebat eos, et in pacem reducebat. Cum vero in ex plebilis malitia quorumdam pacificum hominem irrideret; jam tunc cordis acrimoniam exerens, conterebat molas iniqui, ut de dentibus eorum, juxta illud Job, auferret praedam.

Pero cuando parecía caer, por así decirlo, desde la altura de la contemplación a causa de las ocupaciones terrenas, a la manera del íbice, que al caer se recibe sobre sus cuernos para no morir, así él, volviendo al amor divino o a la meditación de la Sagrada Escritura, escapaba de la ruina de la muerte interior: inspirado ya, a mi parecer, por aquel espíritu de David con que este, ferviente, no concedía sueño a sus ojos hasta que, libre de las ocupaciones del día, hallara en sí mismo un lugar para el Señor (Sal 132,4-5), donde, exultando en secreto bajo su lengua, gustara cuán dulce es el Señor (Sal 34,9). Quizá, según aquello de Job, la roca, que es Cristo, derramaba para él arroyos de aceite (Job 29,6), para que las muchas aguas no pudieran apagar en él la lámpara de la caridad (Cant 8,7). Y anhelaba con ánimo fijo este alimento del corazón, pero los de su casa y sus allegados le exigían que interrumpiera su retiro y se entregara al provecho de los demás.

VII

Admitía, pues, a su pesar, cuidados punzantes a causa de las quejas de los que clamaban a él. Se quejaban, en efecto, los suyos, diciendo con voz lastimera: «¿Por qué un hombre poderoso ha de soportar las violencias de personas ínfimas que saquean sus bienes?»; y añadían que estos, al ver que él no quería vengarse, devastaban con más saña cuanto le pertenecía; que era más santo y más honroso que reconociera el derecho de la milicia armada, desenvainara el hierro contra sus enemigos y frenara la audacia de los violentos; que era preferible que los temerarios fueran reprimidos por la fuerza de las armas a que los campesinos y los inermes fueran oprimidos injustamente por ellos. Al oír esto, Geraldo, movido no por arrebato sino por la razón, se inclinaba a compadecerse y a socorrer. Y encomendándose por entero a la disposición y a la misericordia divinas, pensaba cómo visitar a los huérfanos y a las viudas, según el precepto apostólico, para guardarse sin mancha de este mundo (Sant 1,27).

VIII

Se ejercitaba, pues, ya en reprimir la insolencia de los violentos, cuidando ante todo con empeño de ofrecer a sus enemigos la paz y la más fácil reconciliación. Lo procuraba para vencer el mal con el bien, o bien, si ellos se negaban, para que la justicia hubiera favorecido ya más plenamente a su causa ante los ojos de Dios. Y algunas veces, en efecto, los aplacaba y los devolvía a la paz. Pero cuando la malicia insaciable de algunos se burlaba del hombre pacífico, entonces, sacando la aspereza de su corazón, quebrantaba las muelas del inicuo para arrancarle la presa de entre los dientes, según aquello de Job (Job 29,17).

Non tamen, ut plerisque moris est, ulciscendi libidine percitus, aut vulgaris amore laudis illectus, sed pauperum dilectione, qui seipsos tueri nequibant infervens. Agebat autem hoc ne forte si inerti patientia torpuisset, praeceptum de cura pauperum neglexisse videretur. Jubet enim eripi pauperem, et de manu peccatoris egenum liberari. Jure igitur non dabat cornu peccatori. Aliquoties autem cum inevitabilis ei praeliandi necessitas incumberet, suis imperiosa voce praecepit, mucronibus gladiorum retroactis, hastas inantea dirigentes pugnarent. Ridiculum hoc hostibus foret, nisi Geraldus vi divina roboratus, mox eisdem hostibus intolerabilis esset. Quod etiam suis valde videbatur ineptum ni experimento probassent, quod Geraldus, quem pietas in ipso praeliandi articulo vincebat invincibilis semper esset. Cum ergo viderent quod novo praeliandi genere mista pietate triumpharet, irrisionem vertebant in admirationem. Etiam victoriae securi, servabant alacres quod jubebat. Non enim auditum est aliquando quod vel eum, vel milites ejus, qui sub illius fidelitate pugnaverunt, eventus victoriae fefellisset. Sed et hoc certum constat, quod nec ipse quemlibet unquam vulneraverit, nec prorsus ab aliquo vulneratus est. Christus namque erat, ut scriptum est, in latere ejus, qui cordis ejus oculum inspiciens, pervidebat quod pro ejus amore tam beneficus erat, ut non hostes ipsos vellet appetere, sed solam in eis audaciam dementare. Nemo sane moveatur, quod homo justus usum praeliandi, qui incongruus religioni videtur, aliquando habuerit. Quisquis ille est, si justa lance causam discreverit, ne in hac quidem parte gloriam Geraldi probabit obfuscandam. Nonnulli namque Patrum cum et sanctissimi et patientissimi fuerint justitiae tamen causa exigente viriliter in adversariis arma corripiebant: ut Abraham, qui pro eruendo nepote ingentem hostium multitudinem fudit. Et rex David, qui etiam contra filium legiones direxit. Geraldus non aliena pervadendo, sed sua, quin potius suorum jura tuendo confligebat. Non nesciens rhinocerotem, id est, quemlibet potentem, loro religatum, ut glebas vallium, id est, humilium oppressores confringat. Neque, ut ait Apostolus, judex sine causa gladium portat; vindex enim Dei est. Licuit igitur laico homini in ordine pugnatorum posito gladium portare, ut inerme vulgus velut innocuum pecus a lupis, ut scriptum est, vespertinis defensaret. Et quos ecclesiastica censura subigere nequit, aut bellico jure, aut vi judiciaria compesceret. Non igitur obscurat ejus gloriam, quod pro causa Dei pugnavit, pro quo pugnat orbis terrarum contra insensatos; quin potius ad laudem ejus proficit, quod semper sine fraude vel insidiarum interventu palam vicerit, et tamen ita protectus a Deo sit, ut gladium suum, sicut supra diximus, nunquam humano sanguine cruentaverit.

Pero no lo hacía, como es costumbre de muchos, arrastrado por el ansia de venganza o seducido por el amor de la alabanza vulgar, sino ardiendo de amor por los pobres, que no podían defenderse por sí mismos. Y obraba así para que, si se adormecía en una paciencia inerte, no pareciera haber descuidado el precepto sobre el cuidado de los pobres. Pues manda rescatar al pobre y librar al necesitado de la mano del pecador (Sal 82,4). Con razón, pues, no prestaba su fuerza al pecador. Algunas veces, sin embargo, cuando le apremiaba la necesidad ineludible de combatir, mandaba a los suyos con voz imperiosa que pelearan con las puntas de las espadas vueltas hacia atrás y las lanzas dirigidas al revés. Esto habría sido risible para los enemigos, si Geraldo, fortalecido por el poder divino, no se hubiera vuelto enseguida insoportable para esos mismos enemigos. También a los suyos les habría parecido muy desatinado, si no hubieran comprobado por experiencia que Geraldo, a quien la piedad vencía en el mismo trance del combate, era siempre invencible. Así, cuando veían que triunfaba con un nuevo modo de combatir mezclado de piedad, trocaban la burla en admiración. Seguros además de la victoria, cumplían con presteza lo que mandaba. Pues nunca se oyó que el éxito de la victoria le fallara a él o a los soldados que combatieron bajo su fidelidad. Y también esto consta con certeza: que él nunca hirió a nadie, ni fue jamás herido por nadie. Porque Cristo estaba, como está escrito, a su lado, y, mirando el ojo de su corazón, veía con claridad que por amor a él era tan benévolo que no quería herir a los enemigos mismos, sino solo desbaratar su audacia. Que nadie se escandalice, pues, de que un hombre justo hiciera uso alguna vez del combate, que parece impropio de la religión. Sea quien sea, si juzga la causa con balanza justa, comprobará que ni siquiera en esto ha de oscurecerse la gloria de Geraldo. Pues algunos de los Padres, aunque fueron santísimos y pacientísimos, tomaban sin embargo varonilmente las armas contra sus adversarios cuando lo exigía la causa de la justicia: como Abraham, que para rescatar a su sobrino derrotó a una ingente multitud de enemigos. Y el rey David, que llegó a dirigir sus legiones aun contra su propio hijo. Geraldo combatía no invadiendo lo ajeno, sino defendiendo lo suyo, o más bien los derechos de los suyos. No ignoraba que el rinoceronte, es decir, cualquier poderoso, es atado con la correa para que quebrante los terrones de los valles (Job 39,10), es decir, a los opresores de los humildes. Ni, como dice el Apóstol, lleva el juez la espada sin motivo, pues es vengador de Dios (Rom 13,4). Era lícito, pues, a un laico puesto en el estado de los guerreros llevar la espada, para defender al pueblo inerme, como a un rebaño inocente, de los lobos de la tarde, como está escrito. Y para reprimir, o por el derecho de la guerra o por la fuerza de la justicia, a quienes la censura eclesiástica no logra someter. No oscurece, pues, su gloria el haber combatido por la causa de Dios, por quien el orbe entero pelea contra los insensatos (Sab 5,20); más bien redunda en su alabanza que siempre venciera abiertamente, sin engaño ni recurso a emboscadas, y que, aun así, estuviera tan protegido por Dios que, como dijimos antes, nunca ensangrentó su espada con sangre humana.

Porro autem, qui exemplo ejus adversus inimicos arma sumpserit, ejus quoque exemplo non propriam commoditatem, sed communem quaerat. Videas namque nonnullos qui pro amore laudis aut lucri, sese periculis audenter objiciunt, mala mundi pro mundo libenter sustinent: cujus dum amaritudines occurrunt ejus gaudia, ut ita dixerim, quaerentes perdunt. Sed istorum alia res est. Opus vero Geraldi lucidum est, quoniam de simplicitate cordis metitur.

IX.

Exploraverat antiquus deceptor mores adolescentis, et nescio quid divinum in eo commentatus, in invidiam exardescebat, et ob id quantis poterat tentationum fraudibus hunc obruere satagebat. Sed ille jam didicerat ad gremium divinae pietatis orando confugere, et illius commenta per Christi gratiam refutare. Hostis autem inexplebiliter invidus, cum experimento probasset, quod in eo per delectationem carnis regnare nequivisset, bellorum, ut supra diximus, turbines ei per improbos concitabat, ut arcem pietatis per illos in corde ejus oppugnaret, ad quam per seipsum irrumpere nequaquam valebat. Contra castitatem vero, ut ad ejus juveniora redeamus, quam isdem virgunculus certatim diligebat, versutissimus hostis acerrime succendebatur. Novum namque et inusitatum illi erat, quod aliquis juvenculus naufragium pudoris tutus evasisset. Libidinem igitur, quae ad decipiendum genus hominum, vel maxima, vel prima est ejus virtus, instanter illi suggerebat. Quam cum ille penitus refutaret, torquebatur hostis; quod nec ad fores quidem cordis illius hanc intromittere posset. Veternosam ob hoc repetit fraudem, et ad instrumentum deceptionis, quo vel Adam, vel posteri ejus maxime decipi solent, ad mulierem dico, recurrit. Quamdam enim juvenculam ejus oculis, ut fertur, ingessit. Qui dum in ea colorem nitidulae cutis incautus attendere mox in delectatione illius mollescere coepit. O si protinus intellectu conspexisset quid sub cute latebat! quia nimirum nihil carnis pulchrum est, nisi fucus pellis. Avertit ille oculos, sed species per ipsos cordi impressa remansit. Itaque angebatur, illiciebatur, et caeco igni adurebatur. Tandem victus mittit ad matrem puellae, qui se nuntiat nocte venturum. Secutus ille nuntium, violenter ad interitum animae festinabat. Interim vero, sicut solent captivi inter vincula, pristinae libertatis gementes memorari, suspirat Geraldus, et consuetam divinae dilectionis dulcedinem recolebat. Et licet aegro affectu, rogabat Deum, ne se illa tentatio penitus absorberet. Venitur ad condictum, intrat hospitium puella, quia frigus erat, stetit in facie juxta focum: Geraldum vero jam divina gratia respexerat.

Por lo demás, quien a ejemplo suyo tome las armas contra sus enemigos, busque también a ejemplo suyo no su propio provecho, sino el común. Pues podrás ver a algunos que, por amor de la alabanza o del lucro, se arrojan audazmente a los peligros y soportan de buen grado los males del mundo por el mundo; y cuando les salen al paso sus amarguras, pierden, por así decirlo, los mismos goces que buscaban. Pero lo de estos es otra cosa. La obra de Geraldo, en cambio, es luminosa, porque se mide por la sencillez del corazón.

IX

El antiguo engañador había espiado las costumbres del joven y, barruntando en él algo divino, se encendía de envidia, y por eso se afanaba en abrumarlo con cuantos engaños de tentación podía. Pero él había aprendido ya a refugiarse orando en el regazo de la piedad divina y a rechazar sus ardides por la gracia de Cristo. Y el enemigo, insaciablemente envidioso, habiendo comprobado por experiencia que no podía reinar en él por el deleite de la carne, levantaba contra él, como dijimos, torbellinos de guerras por medio de hombres malvados, para asaltar a través de ellos la ciudadela de la piedad en su corazón, en la que por sí mismo no lograba en modo alguno irrumpir. Pero contra su castidad —para volver a sus años más jóvenes—, que el muchacho amaba con empeño, el astutísimo enemigo se enardecía con la mayor saña. Pues era para él cosa nueva e insólita que un jovencito escapara indemne del naufragio del pudor. Le sugería, pues, con insistencia la lujuria, que es la mayor, o la primera, de sus fuerzas para engañar al género humano. Y como él la rechazaba por completo, el enemigo se atormentaba, porque no podía hacerla llegar ni siquiera a las puertas de su corazón. Por eso recurre a su viejo engaño y acude al instrumento de seducción con que suelen ser engañados sobre todo Adán y sus descendientes: a la mujer, digo. Le puso ante los ojos, según se cuenta, a una jovencita. Y él, mirando incauto el color de su tersa piel, pronto empezó a ablandarse en el deleite de ella. ¡Oh, si hubiera visto al instante con el entendimiento lo que se ocultaba bajo la piel! Porque, sin duda, nada hay hermoso en la carne sino el afeite de la piel. Apartó él los ojos, pero la imagen que por ellos se había grabado en su corazón permaneció. Y así se angustiaba, se sentía atraído y se abrasaba en un fuego ciego. Al fin, vencido, envía a la madre de la muchacha a uno que le anuncie que vendrá de noche. Siguiendo él al mensajero, se apresuraba violentamente hacia la ruina de su alma. Entretanto, como suelen los cautivos entre cadenas recordar gimiendo su antigua libertad, Geraldo suspira y rememora la acostumbrada dulzura del amor divino. Y aunque con afecto enfermo, rogaba a Dios que aquella tentación no lo devorara por completo. Llega al lugar convenido; entra la muchacha en la casa y, como hacía frío, se puso frente a él junto al fuego; pero la gracia divina había mirado ya a Geraldo.

Cui tam deformis eadem puella mox visa est, ut non crederet eam esse quam viderat, donec pater ejus ipsam esse assereret. At ille intelligens id non sine divino nutu fieri, quod eadem juvencula non eamdem venustatem in ejus oculis haberet, mox ad Christi misericordiam se recollegit, et profunde suspirans concitus equum ascendit, et nil cunctatus, gratias agens Deo, raptim abire properavit. Nimius algor frigoris tunc forte ingruerat, cui se tota nocte torreri permisit, ut scilicet parvae delectationis teporem glacialis asperitas puniret. Jubet autem protinus patri, ut hanc nuptui traderet. Quam et libertate donavit, et quoddam praediolum jure testamentario concessit. Fortassis autem fragilitatem suam suspectus, ejus accelerari nuptias fecit. Quapropter eleemosynae causa, et dote libertatis donavit, ne illius matrimonium tardaretur. Verum tu cedrus Paradisi futurus quomodo sic agitari potuisti? Certe ut disceres qualis ex teipso esses. Nam et ille tuus patronus, apostolorum videlicet princeps, cui postea et teipsum, et omnia tua commisisti, non se satis cognosceret, nisi tentationis articulus obrepsisset. Nunc vero tu expertus qualis homo per se, qualis per Dei gratiam sit, compati supplicum tuorum fragilitati ne dedigneris. Noverimus autem quia non est inconsuetum sanctis tentari. Insertis enim corruptae naturae vitiis nascuntur, scilicet ut sicubi certent, certantes vincant, vincentes coronentur. Interest autem quis delectationem vitii recipiens succumbat, aut quis eidem repugnans vincat, ac delectatione virtutum potius mentem occupans, venenum pravae delectationis, quod ad horam forte insumpserit, antidoto piae supplicationis a se repellat. At adolescens hic periculi experimento discretior, sicut aliquis in lubrico post impactionem pedis, cautius incedebat, satis cavens ut cordi ejus nihil oculi nuntiarent, unde mors ad ejus animam per fenestras eorum subintraret.

X.

Caeterum dulcis Dominus ac rectus, qui servum suum Geraldum a stupro, pietatis dulcedine servavit, punire eum pro concupiscentia, rectitudinis censura non omisit. Elapso quippe non multorum dierum tempore, per unum et eo amplius annum glaucomate caecicatis reum suum contrivit, ut oculi qui illicita viderant, nec licita quidem ad tempus videre possent. Cum quidem nec in palpebris, nec in prunulis ejus, perpera quaelibet appareret. Noverant familiares caecitatem, et hanc extraneis perspicaces pupillae summo studio dissimulabant.

La misma muchacha le pareció de pronto tan fea que no podía creer que fuera la que había visto, hasta que su padre le aseguró que era ella. Entonces él, comprendiendo que no sin disposición divina aquella jovencita no tenía a sus ojos la misma hermosura, se recogió al punto en la misericordia de Cristo y, suspirando profundamente, montó a caballo con presteza y, sin vacilar, dando gracias a Dios, se apresuró a marcharse a toda prisa. Había caído por azar entonces un frío durísimo, y se dejó helar en él toda la noche, para que la aspereza glacial castigara la tibieza de un pequeño deleite. Y enseguida ordena al padre que la dé en matrimonio. Le concedió la libertad y le otorgó por escritura una pequeña hacienda. Quizá, receloso de su propia fragilidad, hizo que se apresurara su boda. Por eso, a modo de limosna, la dotó con la libertad, para que su matrimonio no se retrasara. Pero tú, que habías de ser cedro del Paraíso, ¿cómo pudiste ser así sacudido? Sin duda, para que aprendieras lo que eras por ti mismo. Pues también aquel patrono tuyo, el príncipe de los apóstoles, a quien después encomendaste tu persona y todos tus bienes, no se habría conocido bastante a sí mismo si no le hubiera sorprendido el trance de la tentación. Ahora, pues, que has experimentado qué es el hombre por sí mismo y qué es por la gracia de Dios, no te desdeñes de compadecerte de la fragilidad de los que te suplican. Sepamos, pues, que no es cosa insólita que los santos sean tentados. Porque nacen con los vicios de la naturaleza corrompida injertos en ellos, para que, donde quiera que luchen, luchando venzan, y venciendo sean coronados. Pero importa mucho quién, acogiendo el deleite del vicio, sucumbe, y quién, resistiéndole, vence y, ocupando más bien su alma con el deleite de las virtudes, rechaza con el antídoto de la oración piadosa el veneno del deleite perverso que quizá haya probado por un momento. Y este joven, más prudente tras la experiencia del peligro, como quien tras un tropiezo camina sobre suelo resbaladizo, andaba con más cautela, cuidando bien de que sus ojos no anunciaran a su corazón nada por donde la muerte se le colara en el alma por sus ventanas (Jer 9,20).

X

Pero el Señor, dulce y recto (Sal 25,8), que había preservado a su siervo Geraldo del estupro con la dulzura de su piedad, no dejó de castigarlo por su concupiscencia con la censura de su rectitud. En efecto, transcurridos no muchos días, afligió a su culpable con la ceguera de una catarata durante un año y más, para que los ojos que habían mirado lo ilícito no pudieran ver por un tiempo ni siquiera lo lícito. Y eso que ni en sus párpados ni en sus pupilas aparecía defecto alguno. Los de su casa conocían la ceguera, y sus pupilas, al parecer perspicaces, la disimulaban con sumo cuidado ante los extraños.

Ille vero sub manu ferientis Domini sese humilians, tanquam ad ejus flagella paratus tacebat. Medicinam sane corpoream nec refutabat, neque urgenter quaerebat, praestolans patienter, quando vel qualiter Dominus suus expleta feriendi voluntate verbera submovere voluisset. Noverat enim quod omnis filius flagellatur. Internus vero arbiter etiam minimas in electis suis maculas nunc purgat, ne sit in eis quod postmodum oculos ejus offendat. Et ob id flagellum hoc eidem intulit, quo mens juvenilis et de praeterito purgaretur, et in futuro defaecatior servaretur. Cum ergo Deus explesset in eo voluntatem suam, flagellum dimovit, et lucem ejus oculis reparavit.

XI.

Jam vero ille, quasi excoctis per afflictionem sensibus, vitam satis honestam ducebat, et medioximum discretionis callem in neutra parte pronior agebat. Scilicet ut saeculari negotio sua munia non fraudaret, nec a religionis cultu terrena se occupatione tricaret: honestiores viros sibi familiarius adjungebat, et clericos melioris famae, cum quibus domi vel foris divinum officium, aut simul, aut viritim exercebat. Venerat Dominica dies, et ille necesse habebat ad quoddam placitum ex condictu venire, quo scilicet nobiles quidam viri conventuri erant. Quos ne tardius veniens demorari videretur, manicare studuit, et priusquam illucesceret proficisci. Cavebat quippe in hoc turgidum fastum, ne se cuiquam tardum aut difficilem praestaret, ut moris est nunc quibusdam, qui velut de thalamo procedentes, prius ebrietati se mancipant quam amicis praestent, contra illud Scripturae dicentis: Vae terrae cujus principes mane comedunt. Atqui Geraldus non ita. Valde enim indigne ducebat, ut qui multis praelatus erat et dominus, vitiorum dominationi fieret servus. Jejunus ibat ad placitum, ne mersa sobrietate rationis judicio caruisset. Inquirebat autem quid Christi, quid pacis, quod commune bonum praeferret. Post nocturnas autem laudes si quolibet proficiscendum erat, missarum subsequebatur solemnitas: ita divinae clementiae se suosque committens abibat. Praedicta sane Dominica, quoniam necesse fuerat ante auroram proficiscere [proficisci], missam praeterierat: quam scilicet expleto placito cum speraret audire, nusquam possibile fuit. Moestus igitur admodum discurrebat, quaerens ubi aliqua spes reperiendi fuisset.

Él, por su parte, humillándose bajo la mano del Señor que lo hería, callaba, como dispuesto a sus azotes. No rechazaba, ciertamente, la medicina corporal, pero tampoco la buscaba con urgencia, esperando con paciencia cuándo o cómo su Señor, cumplida su voluntad de herir, quisiera retirar los azotes. Sabía, en efecto, que todo hijo es azotado (Heb 12,6). El Juez interior purifica ya ahora aun las manchas más pequeñas de sus elegidos, para que no quede en ellos nada que después ofenda sus ojos. Y por eso le envió este azote, para que su mente juvenil quedara purificada de lo pasado y se conservara más limpia en lo futuro. Así, cuando Dios hubo cumplido en él su voluntad, retiró el azote y devolvió la luz a sus ojos.

XI

Desde entonces, como acrisolados sus sentidos por la aflicción, llevaba una vida muy honesta y seguía el camino de en medio de la discreción, sin inclinarse a ningún lado. Es decir, para no defraudar a los negocios del siglo en lo que les correspondía, ni enredarse con las ocupaciones terrenas apartándose del culto religioso, se rodeaba con más familiaridad de los hombres más honestos y de clérigos de mejor fama, con los que, en casa o fuera, celebraba el oficio divino, o juntos o cada uno por su cuenta. Había llegado un domingo, y él tenía que acudir por compromiso a una asamblea en la que iban a reunirse ciertos nobles. Para que no pareciera que los hacía esperar llegando tarde, procuró madrugar y partir antes de que amaneciera. Evitaba en esto, en efecto, el fasto hinchado, para no mostrarse tardo o difícil con nadie, como es costumbre hoy de algunos que, saliendo como de su tálamo, se entregan a la embriaguez antes de atender a sus amigos, contra aquello de la Escritura que dice: ¡Ay de la tierra cuyos príncipes comen de mañana! (Ecl 10,16). Pero Geraldo no era así. Pues tenía por cosa muy indigna que quien estaba puesto al frente de muchos y era su señor se hiciera esclavo del dominio de los vicios. Iba en ayunas a la asamblea, para no quedar privado del juicio de la razón con la sobriedad ahogada. Y averiguaba qué era de Cristo, qué era de paz, qué favorecía el bien común. Si después de los laudes nocturnos tenía que partir a alguna parte, seguía la solemnidad de la misa; y así, encomendándose a sí y a los suyos a la clemencia divina, se marchaba. Aquel domingo, en cambio, como había tenido que partir antes del alba, se había quedado sin misa; y cuando esperaba oírla, terminada la asamblea, no fue posible en ninguna parte. Muy afligido, pues, iba de un lado a otro buscando dónde hubiera alguna esperanza de encontrarla.

Cum vero nequidquam, advocat clericos qui tum forte aderant, et cum his omnes psalmistanos milites, dicens: Mea proprie culpa est, quod haec sancta dies in vanum nobis transiet. Sed est quod ad laudem Dei faciamus, ne diem sanctam inaniter expendisse videamur. Dixerat haec, et psalterium a capite, nil mortale sonans, cum eisdem percucurrit. Ex hoc jam sibi consuetudinem statuit ut psalterium pene quotidie recitaret. Quo videlicet decurso, velut spiritaliter epulatus, gaudere videbatur, ut solet aliquis ambitione exsatiata laetari.

XII.

Manupretium videtur, si de corporis ejus habitudine quaedam proferamus. Nam licet caro non prosit, licet fallax gratia sit pulchritudo, tamen quia libidinis atque superbiae fomes esse quibusdam solet, laudandum est in hoc viro quod et venustus fuit, et se nec libidinis coeno foedavit. Geraldus igitur staturae mediocris, et totus, ut dicitur, euphormis, id est bene formatus. Et cum unumquodque membrum sua pulchritudo compsisset, collum tamen ita candidulum, et quasi ad normam videndi decusatum habebat, ut vix aliud tam gratiosum vidisse te putares. Elegantiam sane corporis venustas animi decorabat. Unde in frontispicio ejus cordis habitudo subrutilabat. Hoc et Scriptura testatur, dicens quod risus dentium, et occursus faciei, qualitatem interioris hominis demonstrat. Gustaverat jam quoniam dulcis est Dominus, et sponsi coelestis quoniam suavis amplexus; et idcirco pulchram animae speciem non patiebatur in oculis ejusdem sponsi delectatione carnis illecebrari. Solebant sui collum ejus laetantes deosculari, nec tamen indignabatur illis, quoniam superbia, quae semper intrectabilis est, sedem sibi vindicare non poterat. Erat praeterea corporis pernicitate multum velox, et virium robore validus. Quod idcirco fit commemorandum ut appareat quoniam laudabilis est qui, materiam superbiendi habens, sese in humilitate depresserit. E contra, quoniam vituperabiles, qui parum vel nil horum habentes intumescunt. Postquam vero mentalibus se studiis plenius applicavit, illa corporis agilitas prorsus emarcuit. Tum praeterea gratissimus erat alloquio communi, et in tractandis ac disponendis rebus acumine consilii profundus. Et quanquam scurrilitatis verba caveret, seria tamen ita proferebat, ut etiam suis in hoc placeret. Nec in proferendis minis erat nimis dicax, nec in reservandis injuriis tenax. Sed neque ad beneficia quaelibet danda facilis, neque ad haec [nec ab his] quae dederat auferenda mutabilis. Quod vero affirmative diceret, hoc indubitanter explebat, nisi forte peccatum esse dignosceret.

Pero como fue en vano, llama a los clérigos que por casualidad estaban allí, y con ellos a todos los caballeros que sabían los salmos, y les dice: «Es culpa mía que este día santo se nos vaya en vano. Pero hay algo que podemos hacer para alabanza de Dios, para que no parezca que hemos malgastado el día santo». Así habló, y recorrió con ellos el salterio desde el principio, sin pronunciar palabra mortal. Desde entonces se impuso la costumbre de recitar el salterio casi todos los días. Y una vez recorrido, como si se hubiera banqueteado espiritualmente, parecía gozarse, como suele alegrarse alguien cuando ve saciada su ambición.

XII

Parece que vale la pena decir algo sobre su aspecto corporal. Pues aunque la carne no sirve de nada (Jn 6,63), aunque engañosa es la gracia y vana la hermosura (Prov 31,30), como suelen ser para algunos incentivo de lujuria y de soberbia, hay que alabar en este hombre que fue apuesto y no se ensució en el cieno de la lujuria. Geraldo, pues, era de estatura mediana y, como se dice, todo él euphormis, es decir, bien formado. Y aunque cada uno de sus miembros estaba adornado con su propia belleza, tenía el cuello tan blanco y tan bien formado, como a regla, que pensarías apenas haber visto cosa tan graciosa. La hermosura del alma realzaba la elegancia de su cuerpo. Por eso en su semblante resplandecía la disposición de su corazón. Lo atestigua también la Escritura al decir que la risa de los dientes y el porte del rostro muestran la calidad del hombre interior (Eclo 19,30). Había gustado ya cuán dulce es el Señor, y cuán suave el abrazo del Esposo celestial; y por eso no consentía que la bella figura de su alma fuera mancillada a los ojos de ese Esposo por el halago de la carne. Los suyos solían besarle el cuello con alegría, y no se indignaba con ellos, porque la soberbia, que siempre es intratable, no podía hacerse sitio en él. Era además muy veloz por la agilidad de su cuerpo, y vigoroso por la robustez de sus fuerzas. Lo cual conviene recordar para que se vea cuán digno de alabanza es quien, teniendo materia para ensoberbecerse, se abatió en la humildad. Y, por el contrario, cuán dignos de reproche son los que se hinchan teniendo poco o nada de esto. Pero después de que se aplicó más plenamente a los ejercicios del espíritu, aquella agilidad corporal se marchitó por completo. Era, por otra parte, muy agradable en la conversación ordinaria, y profundo por la agudeza de su consejo al tratar y disponer los asuntos. Y aunque evitaba las palabras chocarreras, decía las cosas serias de tal modo que también en esto agradaba a los suyos. No era demasiado suelto en proferir amenazas, ni tenaz en guardar las injurias. Pero tampoco era fácil para otorgar cualquier favor, ni mudable para retirar los que había concedido. Y lo que afirmaba, lo cumplía sin falta, a no ser que advirtiera que era pecado.

XIII.

Studebat autem ita sobrietati, ut non solum se, sed etiam suos a temulentia custodiret. Nam convivae ejus, neque voraces erant, neque bibaces. Neque enim vel hospites unquam ad bibendum cogebat, neque numerosius quam omnes caeteri convivae, potum hauribat. Itaque sic temperabat convivium, ut ab eo nec temulenti surgerent, nec subtristes. Et cum hospites, ad quorum humanitatem se totum impendebat, reficere nonnunquam mane fecisset, ipse tamen non ante horam diei tertiam, vel in jejunio aute nonam reficiebat. Illud Scripturae praeceptum observabat beatus princeps, qui in tempore suo comedit ad reficiendum et non ad luxuriam. Quid enim ille convenientius observaret quam ebrietatem, quae praeter hoc quod mors animae est, et a regno Dei, teste Apostolo, sicut homicidium, excludit, etiam corpori multum noxia probatur. Inde enim virium debilitas, inde membrorum tremor, inde sensuum enervitas, inde senectus intempestiva conqueritur. Visus, loquela, vultus dehonestatus, et omne religionis decus depravatur. Nemo quippe valet simul vino et Spiritu sancto repleri, et nullo pacto Jerusalem ab igne fornicationis valet tueri, si principem coquorum Nabuzardan ab ejus obsidione noluerit arcere.

XIV.

Semper sedilia pauperibus coram se parabantur, et aliquoties mensae apponebantur eis, ut per seipsum videret quid vel quantum ad refectionem eis daretur. Nec certus recipiendi numerus tenebatur, sed cum forte plures adessent, quorum personae duntaxat aptae ad recipiendum viderentur, plures ad eum introducebantur. Nullus vero unquam ab ostio sine datu eleemosynae excludebatur. Ministri procurabant, ut ad manum semper haberet fercula, quae ipse eis daret. Potus quoque afferebatur, quem inspectum ac praegustatum transmittebat, ut ipsi primo biberent, quibus et sui panis medietatem dabat. In his utique Christum se suscipere credens, et ipsum reverenter in his honorans, hunc ad se per ipsos intromittebat, cujus refrigerium est, juxta prophetam, reficere lassum. Quam susceptionem mercedis male sibimet illi imminuunt, qui licet foras eleemosynam transmittant, pauperes tamen ad se non introducunt. Nam Christum, qui dicit: Hospes eram, et collegistis me, ita a suis domibus excludere videntur. Ut autem Pharisaeorum justitiam, juxta praeceptum Domini, praeiret, nonam partem de redditibus agrorum reponi seorsum faciebat.

XIII

Cultivaba de tal modo la sobriedad que guardaba de la embriaguez no solo a sí mismo, sino también a los suyos. Pues sus comensales no eran ni glotones ni bebedores. Nunca obligaba a beber ni siquiera a sus huéspedes, ni él mismo bebía más veces que todos los demás comensales. Así moderaba el banquete, de modo que nadie se levantaba de él ni ebrio ni entristecido. Y aunque algunas veces mandaba dar de comer por la mañana a sus huéspedes, a cuya atención se entregaba por entero, él mismo no comía antes de la hora tercia del día, o en los días de ayuno, antes de la nona. Este príncipe bienaventurado guardaba aquel precepto de la Escritura, como quien come a su tiempo, para reponerse y no para la lujuria (Ecl 10,17). Pues ¿de qué cosa más conveniente podía guardarse que de la embriaguez, que, además de ser muerte del alma y de excluir del reino de Dios, según el testimonio del Apóstol, como el homicidio, se demuestra también muy dañina para el cuerpo? De ahí las quejas por la debilidad de las fuerzas, el temblor de los miembros, el embotamiento de los sentidos y la vejez prematura. La vista, el habla y el rostro quedan afeados, y todo decoro de la religión se corrompe. Nadie, en efecto, puede llenarse a la vez de vino y del Espíritu Santo, y de ningún modo puede defender a Jerusalén del fuego de la fornicación quien no quiera apartar de su asedio a Nabuzardán, el jefe de los cocineros.

XIV

Siempre se disponían asientos para los pobres en su presencia, y algunas veces se les ponían mesas, para que viera por sí mismo qué y cuánto se les daba para comer. No se guardaba un número fijo de los que se recibían, sino que, cuando por ventura había más, con tal que sus personas parecieran aptas para ser recibidas, se los hacía entrar en mayor número. Nadie fue nunca despedido de su puerta sin recibir limosna. Los servidores procuraban que tuviera siempre a mano platos que él mismo pudiera darles. Se traía también bebida, que él examinaba y probaba antes de pasarla, para que ellos bebieran primero; y les daba además la mitad de su propio pan. Creyendo que en ellos recibía a Cristo, y honrándolo reverentemente en ellos, por medio de ellos lo hacía entrar en su casa, a él, cuyo descanso, según el profeta, es dar reposo al cansado (Is 28,12). Mal merman para sí esta recompensa de la hospitalidad quienes, aunque envían la limosna afuera, no hacen entrar a los pobres en su casa. Pues así parecen excluir de sus casas a Cristo, que dice: Era forastero y me acogisteis (Mt 25,35). Y para que su justicia superara la de los fariseos, según el precepto del Señor, mandaba apartar la novena parte de las rentas de sus tierras.

Inde in quibusdam suis domibus pauperes alebantur: hinc eis indumenta vel calceamenta praebebantur. Obviantibus sibi nummos, quos ad hoc ipse ferebat, aut per se, aut per credulum ministrum clam jugiter ministrabat. Aliquoties cum pro aliquo homine nummi erogarentur, ipse cum indigentibus accipiebat, gaudens et exoptans pauperibus assimilari; quos tamen statim dabat, multam divini officii functionem pro accepto munusculo recompensans.

XV.

Refectionis tempore, ingens illi reverentia servabatur. Non ibi loquacitas aut scurrilitas praevalebat, sed vel necessarii, vel honesti sermones, vel certe divini eloquii dicebantur. Per omne enim tempus semel in die prandebat, nisi forte aestivis diebus, cum prosius * aliquid, aut crudum coenaret. Ad ejus mensam primo diutius legebatur; sed ut saecularibus condescenderet, lectionem interdum suspendens, quaerebat a clericis quid in ea diceretur: ab ipsis tamen quos posse noverat respondere. Siquidem nobiles clericos nutriebat, quibus et morum honestas, et eruditio sensus certatim adhibebatur. Pubescentibus enim austeriorem se praebebat, dicens quod illius aetatis tempus valde sit periculosum, quando quilibet adolescens maternae vocis similitudinem, vel faciei deponens, paternam incipit assumere vocem vel vultum; et qui se tunc servare studeret, facile dehinc carnis incentiva superaret. Cum ergo illi quos de lectione requirebat, illum rogarent ut ipse potius loqueretur, tandem solebat proferre quod ei non pomposa dissertatio, sed docta simplicitas ministrabat. Interim vero cum e vestigio non deessent, qui facetias quasdam, ut assolet, aut jocularitates moverent, non eas mordaci indignatione, sed quasi itidem jocando compescebat. Nunquam tamen vanitatem coram se protrahi sinebat. Noverat enim quod omnibus in commune Christianis jubeatur ut unusquisque cum silentio suum panem manducet. In refectionis autem fine lectionem semper lector iterabat. Ita Geraldus vel de Deo loquens, vel Deo sibi per lectionem loquente, maximum refectionis tempus expendebat. Viderint illi hoc ejus exemplum qui, contra redargutionem prophetae, citharam et lyram ludendo habent in conviviis suis. Gaudent lusibus, et exsultant ad vocem organi. Opus Domini non respiciunt, quoniam inter voces perstrepentium nec saltem clamorem pauperis audiunt. Quid enim? Verum est quod Christus veritas dixit, quod scilicet, ex abundantia cordis os loquitur. Isti qui semper de saecularibus, et vel parum, vel raro de Deo loquuntur, palam est quid amplius ament, vel quid in cordibus eorum abundet.

Con ella se alimentaba a los pobres en algunas de sus casas; con ella se les proveía de vestido y calzado. A los que le salían al paso les daba continuamente en secreto, por sí mismo o por medio de un servidor de confianza, las monedas que llevaba con ese fin. Algunas veces, cuando se repartían monedas por alguien, él las recibía junto con los necesitados, gozoso y deseoso de asemejarse a los pobres; pero las daba enseguida, recompensando el pequeño don recibido con un largo rezo del oficio divino.

XV

Durante la comida se guardaba en su presencia una gran reverencia. No prevalecían allí la locuacidad ni la chocarrería, sino que se hablaba de cosas necesarias u honestas, o ciertamente de la palabra divina. Pues en todo tiempo comía una vez al día, salvo quizá en los días de verano, cuando tomaba por la tarde algo ligero o crudo. En su mesa se leía primero largo rato; pero, para acomodarse a los seglares, a veces interrumpía la lectura y preguntaba a los clérigos qué se decía en ella, aunque solo a aquellos que sabía capaces de responder. Criaba, en efecto, a clérigos nobles, a quienes se procuraba con empeño tanto la honestidad de costumbres como la formación del entendimiento. Con los que llegaban a la pubertad se mostraba más austero, diciendo que el tiempo de esa edad es muy peligroso, cuando el muchacho, dejando la semejanza de la voz o del rostro de su madre, empieza a tomar la voz o el semblante de su padre; y que quien procurara guardarse entonces vencería después con facilidad los incentivos de la carne. Así, cuando aquellos a quienes preguntaba sobre la lectura le rogaban que hablara más bien él, solía al fin exponer lo que le dictaba no una disertación pomposa, sino una docta sencillez. Entretanto, como no faltaban quienes al punto, según suele ocurrir, salían con ocurrencias o bromas, él las reprimía no con indignación mordaz, sino como bromeando a su vez. Pero nunca consentía que la vanidad se prolongara en su presencia. Pues sabía que a todos los cristianos en común se les manda que cada uno coma su propio pan en silencio (2 Tes 3,12). Y al final de la comida el lector reanudaba siempre la lectura. Así pasaba Geraldo la mayor parte de la comida, o hablando de Dios, o hablándole Dios a él por la lectura. Tomen nota de este ejemplo suyo quienes, contra la reprensión del profeta, hacen sonar la cítara y la lira en sus banquetes (Is 5,12). Se gozan en los juegos y se alegran al son del órgano (Job 21,12). No miran la obra del Señor (Is 5,12), porque entre las voces de los que alborotan no oyen siquiera el clamor del pobre. ¿Y qué? Verdad es lo que dijo Cristo, la Verdad: que de la abundancia del corazón habla la boca (Mt 12,34). De esos que hablan siempre de cosas del siglo y poco o rara vez de Dios, está claro qué aman más o qué abunda en sus corazones.

Qui utinam sicut Geraldus novissima providerent, et sive manducarent, sive biberent, omnia, juxta praeceptum Apostoli, ad laudem Dei facerent. Tribus feriis in hebdomada, et omni tempore quod abstinentiae dicatum est, a carnibus abstinebat. Si tamen in eisdem feriis festivitas annualis evenisset, abstinentiam ita solvebat, ut in qualibet absoluta feria ad vicem illius quam solverat, itidem abstineret; cum et unum pauperem extra solitos obtentu illius festivitatis reficeceret. Sin vero jejunium die Dominica evenisset, nequaquam illud solvebat, nec sub hac occasione praeteribat, sed praecedenti sabbato solemnitatem jejunii persolvebat. Sin vero talis ejus sancto homini videretur incongruus, noverit ille quem hoc forte movet, quod omnia munda sint mundis, id est, sine concupiscentiae vitio comedentibus. Et qui non qualitatem cibi, sed necessitatem, vel appetitum quo sumitur, internus judex attendit. Quod Elias propheta et Esau suo probant exemplo. Licuit igitur homini laico, praesertim tam justo, licitis uti; quod non licet eis quibus id sua professio contradicit. Nam illa paradisi arbor non idcirco mortem intulit, quod mala esset sed quod super interdictum fuit praesumpta.

XVI.

Porro vestibus laneis, aut lineis, non isto modo quo nunc a filiis Belial praesumptum et excogitatum est, qui utique sine jugo sunt, sed antiquo more semper usus est, ita duntaxat contextis, ut nec affectata pompa redolerent, nec plebeia rusticitate notarentur. Sericinis vero vel pretiosis, nec obtentu quidem cujuslibet festivitatis, nec alicujus praesentia marchionis, plus solito se comere studuit. Reminiculum illud quo solet ensis renibus astringi, per viginti annos, si tandiu durare posset, non mutare aut renovare curabat. Quid dicam de balteo vel ambitiosis cinctoriis, aut fibula, de equorum phaleris, quandoquidem ille non solum portare aurum, sed nec habere quidem pateretur? Non enim putavit aurum robur suum, neque in multitudine divitiarum, sed in Deo gloriatus est. Ut religionis solent etiam professores, qui ad excolendum corporis cultum, inverecundo et infatigabili studio sollicitantur: id toto nisu affectantes, ut reverentiam, quam sibi moribus tollunt, vestis pretiosae saltem obtentu ab intuentibus emendicent. Quibus utique expediret ut ad cultum animae, quae jugiter pulchrescere poterat, potius vacarent.

XVII.

Ojalá, como Geraldo, previeran sus postrimerías y, ya comieran, ya bebieran, lo hicieran todo, según el precepto del Apóstol, para alabanza de Dios (1 Cor 10,31). Tres días por semana, y en todo tiempo consagrado a la abstinencia, se abstenía de carne. Si en alguno de esos días caía una fiesta anual, dispensaba la abstinencia de modo que en otro día libre se abstenía en lugar del que había dispensado, y además, con ocasión de aquella fiesta, alimentaba a un pobre más de los acostumbrados. Pero si un ayuno caía en domingo, de ningún modo lo dispensaba ni lo dejaba pasar con esa excusa, sino que cumplía la solemnidad del ayuno el sábado anterior. Y si tal régimen le pareciera a alguien impropio de un hombre santo, sepa quien quizá se inquiete por ello que para los limpios todo es limpio (Tit 1,15), es decir, para los que comen sin el vicio de la concupiscencia. Y que el Juez interior no mira la calidad del alimento, sino la necesidad o el apetito con que se toma. Lo prueban con su ejemplo el profeta Elías y Esaú. Le era lícito, pues, a un laico, sobre todo tan justo, usar de lo lícito; lo cual no es lícito a aquellos a quienes su profesión se lo prohíbe. Pues aquel árbol del paraíso no trajo la muerte por ser malo, sino porque se lo tomó con presunción contra la prohibición.

XVI

En cuanto a la ropa, usó siempre vestidos de lana o de lino, no de la manera que ahora han inventado con presunción los hijos de Belial, que en verdad son sin yugo, sino a la antigua usanza, tejidos de modo que ni olieran a pompa afectada ni se tacharan de rusticidad plebeya. Con sedas o ropas preciosas nunca procuró ataviarse más de lo acostumbrado, ni siquiera con ocasión de alguna fiesta ni en presencia de algún marqués. La correa con que suele ceñirse la espada a los riñones no se cuidaba de cambiarla ni de renovarla en veinte años, si podía durar tanto. ¿Qué diré del tahalí o de los cinturones ostentosos, o de los broches, o de los jaeces de los caballos, cuando él no consentía no ya llevar oro, sino ni siquiera poseerlo? Pues no tuvo el oro por su fortaleza (Job 31,24), ni se gloriaba en la abundancia de riquezas (Sal 49,7), sino en Dios. No como suelen hacer incluso algunos que profesan la vida religiosa, que se afanan con desvergonzado e incansable empeño en adornar el cuerpo, procurando con todas sus fuerzas mendigar de quienes los miran, al menos con la apariencia de un vestido precioso, la reverencia que ellos mismos se quitan con sus costumbres. A estos, sin duda, les convendría más dedicarse al ornato del alma, que podía embellecerse sin cesar.

XVII

Erat autem pauperibus et injuriam passis liber ad eum semper accessus, nec ad causam suam ei commendandam deferre munusculum aliquod indigebant. Plus quippe oculis ejus unusquisque suam necessitatem plenius allegabat, quanto illum arctius indigentem vidisset. Jam vero benignitas ejus non solum vicinis, sed etiam longinquis regionibus resonabat. Et quia noverant omnes quam beneficus erga omnes esset, multi per eum suas necessitates expediebant. Nec dedignabatur aut per se aut per suos pauperum negotiis interesse, et, ut potis erat, suffragium praebere. Saepe enim cum inter discordes dura grassari bella cognovisset, die qua ventilanda erat causa, faciebat pro eis missas celebrari. Et quibus non occurrebat humanitus subvenire, divinum illis imprecabatur auxilium. Neque hoc patiebatur, ut quilibet senior beneficia a suo vasso pro qualibet animi commotione posset auferre; sed, deducta ad medium causa, partim prece, partim imperio, commotionem exasperati animi reprimebat. Rectitudinis ejus vigorem hac una re tantum putares acclivem. Quoties pauper apud potentiorem forte obnoxius teneretur, instabat, ut imbecilliorem ita sustentaret, quatenus fortiorem sine laesione fregisset. Caeterum, veraciter justitiam esuriens, hanc non solum in suis, sed etiam in extraneis laedi non patiebatur.

XVIII.

Justitiae sitis, ut esuries, ordinatim in eo flagrabat. Non enim aut simplicitas aut benignitas asperitatem zeli deserebat, aut asperitas zeli simplicitatis benignitatem. Nimirum ut de Job dicitur, quod simplex erat et rectus, et iste vir, quamvis pauperibus multum consuleret, tamen ad puniendum reos non usquequaque dormitavit: videlicet non ignorans quibusdam divinitus esse datum, ut crimen quod impunitum remanere non potest, temporali supplicio luant. Unde et rex David moriens Joab et Semei jubet puniri. Quamdam silvam latrones occupaverant, qui rapinas et caedes transeuntibus atque vicinis inferebant. Quod Geraldus audiens, ad capiendum eos protinus direxit. Ac tum forte rusticanus quidam ad eos metu cogente venerat. Milites vero qui eos comprehenderunt, timentes ne forte domnus Geraldus aut eos dimisisset, aut cur eos impunitos sibi ostenderent inculpasset, oculos omnium protinus avulserunt. Qua occasione factum est ut ille rusticanus una caecaretur. Qui dehinc in Tolosanum pagum recessit. Longo post tempore, cum de eo domnus Geraldus audisset quia latronum socius non fuerit, valde contristatus est, requirens vel si viveret, vel quo isset. Comperto autem quod ad Tolosanam provinciam discessisset, centum solidos, ut aiunt, ei transmisit, jubens portitori ut ejus vice veniam ab eo postularet.

XIX.

Los pobres y los que habían sufrido injusticia tenían siempre libre acceso a él, y no necesitaban llevarle regalo alguno para encomendarle su causa. Antes bien, cada uno alegaba su necesidad tanto más plenamente a sus ojos cuanto más necesitado lo veía él. Ya su benignidad resonaba no solo en las regiones vecinas, sino también en las lejanas. Y como todos sabían cuán bienhechor era con todos, muchos resolvían por medio de él sus necesidades. Y no se desdeñaba de intervenir, por sí o por los suyos, en los asuntos de los pobres y de prestarles su apoyo en cuanto podía. A menudo, cuando sabía que entre gente enemistada se libraban duras contiendas, el día en que había de ventilarse la causa hacía celebrar misas por ellos. Y a quienes no alcanzaba a socorrer por medios humanos les impetraba el auxilio divino. Y no consentía que ningún señor pudiera quitar los feudos a su vasallo por cualquier arrebato de ánimo; sino que, sacando la causa a la luz, en parte con ruegos, en parte con autoridad, reprimía la agitación del ánimo exasperado. Solo en esto podría pensarse que el vigor de su rectitud se inclinaba hacia un lado. Siempre que un pobre se veía obligado ante otro más poderoso, se esforzaba por sostener al más débil de tal modo que quebrara al más fuerte sin daño suyo. Por lo demás, teniendo verdadera hambre de justicia (Mt 5,6), no consentía que se la vulnerara, ni entre los suyos ni entre los extraños.

XVIII

La sed de justicia, como el hambre, ardía en él con orden. Pues ni la sencillez o la benignidad abandonaban la aspereza del celo, ni la aspereza del celo la benignidad de la sencillez. Así como se dice de Job que era sencillo y recto (Job 1,1), así este hombre, aunque miraba mucho por los pobres, no se adormecía en absoluto para castigar a los culpables, pues no ignoraba que a algunos les es concedido por Dios expiar con un castigo temporal el crimen que no puede quedar impune. Por eso también el rey David, al morir, mandó castigar a Joab y a Semeí. Unos ladrones se habían apoderado de un bosque y cometían robos y asesinatos contra los viandantes y los vecinos. Al saberlo Geraldo, mandó enseguida gente a prenderlos. Y sucedió que precisamente entonces un campesino había ido a ellos, forzado por el miedo. Los soldados que los apresaron, temiendo que el señor Geraldo los dejara ir o les reprochara presentárselos sin castigo, les sacaron al punto los ojos a todos. Así sucedió que también aquel campesino fue cegado con ellos. Después se retiró a la comarca de Toulouse. Mucho tiempo después, cuando el señor Geraldo oyó decir de él que no había sido cómplice de los ladrones, se entristeció mucho y preguntó si vivía o adónde había ido. Y al averiguar que se había ido a la comarca de Toulouse, le envió, según dicen, cien sueldos, mandando al portador que le pidiera perdón en su nombre.

XIX

Itidem quam clementer consolaretur afflictos, aut quantum saepe misereretur obnoxiis, hoc liqueat exemplo. Quemdam presbyterum ita vicini sui crescente litigio contriverant, ut ejus oculos eruerent. Quem scilicet senior verbis multum consolatus est, suadens illi patientiam. Sed ne verborum consolatio exilis videretur, quamdam sui juris ecclesiam, facto solemniter testamento, eidem contradidit. Aliquantulum tempus fluxerat, et unus ex his qui presbytero vim intulerant, ab officialibus comprehensus est, et in carcere clausus. Quod et seniori tanquam inde gavisuro protinus nuntiatum est. Qui statim quasi desiderio puniendi festinans, tetendit ad carceris locum. Aliae vero causae emerserant, quas necesse erat in crastinum expedire. Sub hac ergo occasione jubet reum usque tunc demorari. Sero autem cum officiales ad sua discessissent, praecepit clam custodi, quatenus eum cibo ac potu reficeret. Et quia discalceatus erat, datis calceamentis aufugere permisisset. In crastinum vero mallensibus undique ad seniorem confluentibus jubet reum adduci. Quidam vero quos custos carceris pro seipso paraverat, trementes indicant reum aufugisse. At ille volens factum celare, quasi minabatur custodi. Sed mox itidem: Bene, inquit, actum est, quoniam presbyter jam eis noxam indulserat.

XX.

Item duo vinculati, quos apud eum reatus ingens obnoxiaverat, eidem fuerant praesentati. Instabant vero accusatores, ut suspendio eos juberet protinus interire. Ille vero dissimulabat, quoniam eos palam liberare nolebat. Sic enim in quolibet pietatis opere se modificabat, ut ipsa ejus pietas non nimia videri posset. Respiciens ergo accusatores: Si, inquit, ut dicitis, mori debent, prius juxta vulgarem sententiam reficiamus eos. Tunc cibum et potum jussit eis afferri, et ad comedendum disligari. Cumque refecti fuissent, dedit eis cultellum suum, dicens: Ite et vos ipsi, afferte vimen, quo suspendi debeatis. Non longe autem erat silva, quae stirpibus densata succreverat. Quam illi intrantes, et quasi vimen quaerentes, paulatim remotiora penetrantes, subito disparuerunt, et ita mortis articulum evaserunt. Hi vero qui aderant, assensum ejus intelligentes, eos perscrutari inter fruteta non audebant. Quantum vero ex aequalitate personarum conjici potest, personas illas reorum qui se in malum destinaverat, aut damnis coercebat, aut charactere adustionis inurebat. Illas autem personas, quae non per consuetam malitiam, sed qualibet, malum aliquod perpetrassent, indemens dimittebat. Nunquam tamen auditum est ut se praesente quilibet aut morte punitus sit, aut truncatus membris.

XXI.

Asimismo, cuán clementemente consolaba a los afligidos, o cuánto se compadecía a menudo de los culpables, quede claro con este ejemplo. A un presbítero lo habían maltratado tanto sus vecinos, al crecer un pleito, que le arrancaron los ojos. El señor lo consoló mucho con palabras, exhortándolo a la paciencia. Pero, para que el consuelo de palabras no pareciera escaso, le entregó, por escritura solemne, una iglesia de su propiedad. Había pasado algún tiempo, y uno de los que habían hecho violencia al presbítero fue apresado por los oficiales y encerrado en la cárcel. Y enseguida se lo anunciaron al señor, como a quien había de alegrarse de ello. Él se dirigió al punto al lugar de la cárcel, como apresurándose con deseo de castigar. Pero habían surgido otras causas que era preciso despachar al día siguiente. Con este pretexto, pues, manda que el reo quede detenido hasta entonces. Pero al atardecer, cuando los oficiales se habían ido a sus casas, ordenó en secreto al carcelero que le diera de comer y de beber. Y que, como estaba descalzo, le diera calzado y lo dejara escapar. Al día siguiente, cuando los asistentes a la audiencia acudían de todas partes al señor, manda traer al reo. Unos que el carcelero había preparado para que hablaran por él anuncian temblando que el reo se ha escapado. Y él, queriendo ocultar lo hecho, hacía como que amenazaba al carcelero. Pero luego dijo igualmente: «Bien está, pues el presbítero ya les había perdonado la ofensa».

XX

En otra ocasión le habían sido presentados dos encadenados, a quienes un gran delito había hecho reos ante él. Los acusadores insistían en que mandara darles muerte al punto en la horca. Él, sin embargo, disimulaba, porque no quería liberarlos abiertamente. Pues en toda obra de piedad se moderaba de tal modo que su misma piedad no pudiera parecer excesiva. Mirando, pues, a los acusadores, dijo: «Si, como decís, deben morir, démosles antes de comer, como dice el dicho popular». Entonces mandó que les trajeran comida y bebida y que los desataran para comer. Y cuando hubieron comido, les dio su cuchillo diciendo: «Id vosotros mismos y traed la vara de mimbre con que habéis de ser ahorcados». No lejos había un bosque espeso de matorrales. Entrando en él, y como buscando la vara, se adentraron poco a poco en lo más apartado, desaparecieron de repente y escaparon así del trance de la muerte. Los que estaban presentes, entendiendo su consentimiento, no se atrevieron a buscarlos entre la maleza. Por lo que puede conjeturarse de su equidad con las personas, a los reos que se habían dado al mal los castigaba con multas o los marcaba con un hierro candente. Pero a quienes habían cometido algún mal no por malicia habitual, sino de cualquier otro modo, los dejaba ir sin castigo. Nunca se oyó, sin embargo, que en su presencia nadie fuera castigado con la muerte o con la mutilación de sus miembros.

XXI

Sane de pluribus gestis ejus pauca quaedam et singula commemoramus, quae ad ostendendum quosdam pietatis actus nobis videlicet compertos, sufficere possunt. Ob hoc etiam et minima quaelibet inserimus, per quae grande ejus valeat studium demonstrari, ut est videlicet illud: Dum per aggerem publicum aliquando graderetur, in agello viae contiguo quaedam rusticana mulier aratrum ducebat. Quam requirit cur opus virile mulier agere praesumpsisset. Respondit virum suum diutius jam languere, tempus sationis praeterire, se solam esse, nullumque qui sibi subveniat habere. Cum quidem ille calamitatem ejus miseratus, tantos ei nummos dari jubet, quanti dies sationis superesse videbantur, quatenus per singulos dies agricolam sibi conduceret, et ipsa dehinc a virili opere cessaret. Omne fucatum, ut ait Ambrosius, refugit natura, et auctor ejus Deus quod contra illam est abhorret. Haec ergo res per se quidem exigua est, sed affectus recti hominis naturae legibus conveniens eam grandescere facit.

XXII.

Cum itidem alias viam carperet, haud eminus cicer quidam rusticanus metebat. Cum juvenes, qui seniorem praeibant, inde sumentes manditarent, haec ille conspicatus, emisit equum et ad hominem concitus venit, quaerens si cicer pueri abstulissent. At ille: Ego, inquit, domine, gratis dedi. Et senior: Bene, inquit, faciat tibi Deus.

XXIII.

Tale est quod alia vice, cum ministri ejus convivium sub umbra cerasorum pararent, ramusculos baccis jam maturis dependentes, quos antequam ille veniret, iidem ministri confregerant, a reclamante rusticano argenti pretio comparavit. Forte dicet aliquis quod haec relatu indigna sunt: sed nos timorati hominis mentem per haec exigua demonstramus, ut ex obliquo intelligatur quoniam qui modica non spernebat, paulatim decidere in majora non poterat. An non affectus viduae per duo minuta comprobatus a Domino est?

XXIV.

De sus muchos hechos recordamos, en verdad, solo unos pocos y uno a uno, que pueden bastar para mostrar algunos actos de su piedad que nos constan. Por eso insertamos también cosas mínimas, con las que puede mostrarse su gran celo, como esta: una vez que iba por el camino real, en un campito junto a la vía una campesina guiaba el arado. Le pregunta por qué, siendo mujer, se había atrevido a hacer un trabajo de hombre. Ella respondió que su marido llevaba ya mucho tiempo enfermo, que el tiempo de la siembra se pasaba, que estaba sola y no tenía a nadie que la ayudara. Él, compadecido de su desgracia, manda que le den tantas monedas como días de siembra parecían quedar, para que contratara un labrador para cada día y ella dejara desde entonces el trabajo de hombre. La naturaleza, como dice Ambrosio, rehúye todo lo fingido, y Dios, su autor, aborrece lo que va contra ella. Esto, pues, es en sí cosa pequeña, pero el afecto de un hombre recto, conforme a las leyes de la naturaleza, la hace crecer.

XXII

Asimismo, otra vez que iba de camino, no lejos de allí un campesino segaba garbanzos. Como los jóvenes que iban delante del señor tomaran de ellos y los masticaran, él, al verlo, lanzó el caballo y llegó a toda prisa hasta el hombre, preguntándole si los muchachos le habían quitado los garbanzos. Y él contestó: «Yo se los di de balde, señor». Y el señor dijo: «Que Dios te lo pague con bien».

XXIII

Semejante es lo que ocurrió otra vez, cuando sus servidores preparaban la comida a la sombra de unos cerezos: las ramitas cargadas de fruta ya madura, que esos servidores habían quebrado antes de que él llegara, se las pagó con dinero en plata al campesino que reclamaba. Quizá diga alguno que estas cosas no merecen contarse; pero con estas pequeñeces mostramos el alma de un hombre temeroso de Dios, para que se entienda indirectamente que quien no despreciaba lo pequeño no podía caer poco a poco en lo mayor (Eclo 19,1). ¿No fue aprobado por el Señor el afecto de la viuda por sus dos moneditas?

XXIV

Erga ipsos vero qui juris ejus erant, tam beneficus, tamque erat pacificus ut mirum considerantibus esset. Nam frequenter improperabant et quod mollis esset et timidus, qui se laedi ab infimis personis, tanquam impotens, permisisset. Nec facillime tamen, sicut domini solent irasci, contra improperantes vel leviter indignabatur. Aliquando enim non paucos ex ruricolis obvios habuit, qui, derelictis coloniis suis, in aliam provinciam transmigrabant. Quos cum recognovisset, et quonam cum sua supellectile tenderent, inquisisset, responderunt quod injuriati fuissent ab eo, cum ipse beneficiaverat eos. Milites vero qui obambulabant principi, suadebant ut eos verberari juberet, et ad domunculas, unde discesserant, redire compelleret. Sed ille noluit. Quippe qui noverat suum, et illorum Dominum esse unum in coelis, et qui magis consueverat, juxta Apostolum, remittere minas, qui potentiae suae manum non levare super pupillum soleret. Ergo permisit eos abire, quo sibi commodius putarent, et dedit licentiam conversandi. Hoc vero, quod non sine mea verecundia quemdam nuper garrientem audivi, scilicet quod debitum wadii nequaquam debitori relaxare solitus erat, omnino falsum est, sicut illi testantur qui saepe viderunt, quod non solum augmentum wadii, sed etiam capitale debitum relaxabat.

XXV.

Siquidem sui pagenses, vel clerici, qui illum sicut patrem affectuose diligebant, frequenter ei tortulas cerae deferebant, quas ille veluti grandia munera, multas gratias referens accipiebat. Nec tamen ex eadem cera quidquam ad suum usum ardere permittebat, sed coram altari, vel sanctis pignoribus, quae perinde secum deferri faciebat, totam in luminaribus succendi praecipiebat. Cubiculari vero cum forte cera aliunde ad ejus obsequium praeparata deesset, betulinas cortices, vel abiegnas taedas ante eum, et in ministeriis suis praeparabant. Sed cum ille tanto studio cavebat, ne muneribus quae sibi gratis dabantur privati uterentur, quomodo consequens esset, ut exactiones wadiorum sine indulgentia exegisset? Quin potius, quae sibi jure debebantur, frequenter ultro debitoribus relaxabat. Minas quoque, juxta Apostoli praeceptum, servis remittebat. Nam et fraudem interdum patiebatur, et rapinam bonorum suorum, ut dicit idem Apostolus, suscipiebat.

XXVI.

Con los que estaban bajo su jurisdicción era tan bienhechor y tan pacífico que causaba admiración a quienes lo consideraban. Pues a menudo le echaban en cara que era blando y tímido, porque se dejaba ofender por personas ínfimas, como si fuera impotente. Y sin embargo no se indignaba ni levemente contra los que se lo reprochaban, como suelen airarse con tanta facilidad los señores. Una vez se encontró con no pocos campesinos que, abandonadas sus tierras de cultivo, emigraban a otra provincia. Cuando los reconoció y les preguntó adónde iban con sus enseres, respondieron que habían sido agraviados por aquel a quien él mismo los había dado en feudo. Los soldados que andaban en torno al príncipe le aconsejaban que los mandara azotar y los obligara a volver a las casuchas de donde se habían ido. Pero él no quiso. Pues sabía que su Señor y el de ellos era uno solo en el cielo, y estaba acostumbrado más bien, según el Apóstol, a dejar las amenazas (Ef 6,9), como quien no solía alzar la mano de su poder contra el huérfano (Job 31,21). Así pues, los dejó ir adonde creyeran más conveniente, y les dio licencia para establecerse allí. En cuanto a lo que hace poco oí, no sin vergüenza, a cierto charlatán, a saber, que nunca solía perdonar al deudor lo debido por una prenda, es completamente falso, como atestiguan quienes vieron muchas veces que perdonaba no solo el aumento de la prenda, sino incluso la deuda principal.

XXV

Sus gentes del campo, en efecto, o los clérigos, que lo amaban con afecto como a un padre, le llevaban a menudo panecillos de cera, que él recibía como si fueran grandes regalos, dando muchas gracias. Pero no permitía que nada de aquella cera ardiera para su uso, sino que mandaba encenderla toda en luminarias ante el altar o ante las santas reliquias, que también hacía llevar consigo. Y cuando por ventura faltaba la cera traída de otra parte para su servicio, los camareros preparaban ante él, y para sus propias tareas, cortezas de abedul o teas de pino. Pero si él cuidaba con tanto empeño de que los regalos que se le daban gratuitamente no se usaran para fines privados, ¿cómo habría de seguirse que exigiera los cobros de las prendas sin indulgencia? Al contrario, perdonaba a menudo espontáneamente a los deudores lo que se le debía en justicia. También, según el precepto del Apóstol, dejaba las amenazas con sus siervos (Ef 6,9). Pues a veces sufría el fraude y, como dice el mismo Apóstol, aceptaba el despojo de sus bienes (Heb 10,34).

XXVI

Sed ut hoc exemplo comprobetur: fur aliquando tentorium ejus noctu ingressus est: cum quidem cereus de more coram lecto illius arderet, ac tum forte senior vigilabat. Solebat enim in stratu suo, dilectione Christi atque dulcedine pasci, per studium orationis. At vero fur ille curioso visu cuncta percurrens, explorabat si quid forte videret quod asportare valeret. Pulvillum forte respicit, quod sericam tecam habebat. Tetendit manum et ipsum sibi trahebat. Tum senior: Quis, inquit, es tu? Extimuit latro, et stupidus haesitabat. Tum ille: Fac, ait, quod facis, et caute discede, ne forte aliquis sentiat. Ita latroni persuasit, ut licenter cum furto discederet. Quis alius praeter Geraldum hoc ita faceret? Certe mihi videtur, quod id magis admiratione dignum sit, quam si furem rigescere in saxi duritiam fecisset.

XXVII.

Quantopere autem illud cavere studuerit quod Apostolus jubet: Ne circumvenias in negotio fratrem tuum, itidem praesenti patebit exemplo. Cum aliquando ab urbe Roma rediens, Papiam praeteriret, haud procul castrametatus est. Quod Venetii, vel alii quamplures illico cognoscentes, ad eum protinus exierunt. Jam enim per omne illud iter satis nobilissimus erat, et religionis atque largitatis causa apud omnes famosus. Cum ergo negotiatores, ut eis mos est, inter papiliones cursitarent, et si quispiam vellet aliquid emere, disquisissent, honestiores quidam ad senioris tentorium pervenerunt, et ministros interrogabant, si forte domnus comes (sic enim omnes appellabant eum) vel pallia, vel pigmentorum species emi juberet. Tum vero ipse vocans eos ad se: Quod, inquit, placuit, Romae licitatus sum; sed plane velim dicatis utrum bene negotiatus sim. Tunc jubet empta pallia coram afferri. Erat autem unum ex his pretiosissimum. Quod Venetius intuens, quaerit quidnam pro eo datum sit. Cumque summam pretii cognovisset: Vere, inquit, si Constantinopoli esset, etiam plus ibi valeret. Quo audito senior extimuit, quasi grande facinus exhorrescens. Cum vero dehinc quosdam Romeos sibi notos obviam reperisset, tot solidos eis commendavit, quot Venetius ultra datum pretium dixerat pallium valere, dans indicium ubi venditorem pallii reperissent. Verum cum in aliis peccati speciebus soleant homines compungi, atque de emendatione meditari, aut raro, aut certe, nec raro videas, qui praeter Geraldum in ista peccandi specie se doleat deliquisse. Sed nimirum ille noverat, quia Deus per omne peccatum offenditur, et eum quem toto corde diligebat, offendere nec in minimis volebat.

XXVIII.

Para que se compruebe con un ejemplo: una vez entró un ladrón de noche en su tienda, cuando, como de costumbre, ardía un cirio delante de su lecho, y el señor estaba por ventura despierto. Solía, en efecto, en su lecho, alimentarse del amor y la dulzura de Cristo por el ejercicio de la oración. El ladrón, recorriéndolo todo con mirada curiosa, examinaba si veía algo que pudiera llevarse. Por casualidad se fija en un cojín que tenía funda de seda. Extendió la mano y lo atraía hacia sí. Entonces el señor dijo: «¿Quién eres tú?». El ladrón se asustó y vacilaba, aturdido. Entonces él le dijo: «Haz lo que haces, y vete con cuidado, no sea que alguien lo note». Así persuadió al ladrón a marcharse libremente con lo robado. ¿Quién, sino Geraldo, habría obrado así? Ciertamente me parece que esto es más digno de admiración que si hubiera hecho que el ladrón se quedara rígido como una piedra.

XXVII

Cuánto se esforzó en guardar lo que manda el Apóstol: No defraudes a tu hermano en los negocios (1 Tes 4,6), se verá igualmente por el ejemplo que sigue. Una vez, volviendo de la ciudad de Roma, al pasar por Pavía, acampó no lejos de allí. Los venecianos y otros muchos, al saberlo enseguida, salieron al punto a su encuentro. Pues era ya muy conocido en todo aquel camino, y famoso entre todos por su religión y su largueza. Así, mientras los mercaderes, como acostumbran, corrían entre las tiendas preguntando si alguien quería comprar algo, algunos de los más respetables llegaron a la tienda del señor y preguntaban a los servidores si acaso el señor conde (así lo llamaban todos) mandaría comprar paños o especias. Entonces él los llamó y les dijo: «Lo que me agradó lo compré en Roma; pero me gustaría mucho que me dijerais si negocié bien». Entonces manda traer a su presencia los paños comprados. Uno de ellos era preciosísimo. Un veneciano, al verlo, pregunta qué se había dado por él. Y cuando supo el precio pagado, dijo: «Verdaderamente, si estuviera en Constantinopla, valdría allí todavía más». Al oírlo, el señor se asustó, horrorizado como ante un gran crimen. Y después, cuando se encontró con unos romeros conocidos suyos, les confió tantos sueldos como el veneciano había dicho que valía el paño por encima del precio pagado, indicándoles dónde encontrarían al vendedor. En verdad, aunque los hombres suelen compungirse por otras clases de pecado y pensar en enmendarse, rara vez, o mejor dicho ni siquiera rara vez, verás a alguien, fuera de Geraldo, que se duela de haber faltado en esta clase de pecado. Pero él sabía sin duda que Dios es ofendido por todo pecado, y no quería ofender ni en lo mínimo a quien amaba con todo su corazón.

XXVIII

At vero non immemor quia Christianorum justitia debet justitiam Pharisaeorum supergredi, cum universae fruges ejus rectissime decimarentur, nonas etiam jubebat seorsum recondi, quae in diversis pauperum necessitatibus dispensarentur. Inde cum necessitas exegisset, supervenientibus diverso tempore pauperibus vestimenta emebantur. Praeterea nummos indesinenter secum ferebat, quos obviantibus egenis latenter, quantum poterat, vel per se, vel per quemlibet causae istius conscium dabat. Et cum illi reditus agrorum ac vinearum satis abundarent, nunquam tamen auditum est, quod villici ejus aliquid accommodassent; sed neque ipse praedium aliquando comparavit, praeter unum agellum, qui suae cuidam possessioni forte insitus erat: cum soleant divites quique in hoc vehementer inardescere, terribilem prophetae comminationem obliti, qua dicit: Vae qui conjungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis. Geraldus namque, juxta praeceptum Evangelii, contentus erat stipendiis suis. Et sicut ille neminem concutiebat, neque calumniam faciebat, sic et rerum dispositor Dominus, ea quae juris illius erant, ab impiis et pervasoribus tuta servabat. Etenim tanta praediorum loca per diversas provincias sub ditione sua tenebat, ut ipsis locis, quibus plenus erat, veraciter locuples diceretur. Nec tamen multitudo locorum extollebat eum, quoniam nihil, ut Psalmista dicit, a Domino volebat supra terram. Qui nimirum haec omnia adjiciebat illi, quia regnum Dei, quod primum est, ipse quaerebat ab eo. Tantum utique, Deo largiente, succreverat, tamque protectus, et tam immunis persisterat, ut ei convenire videatur illud Job: Tu vallasti eum, et possessio ejus crevit in terra.

XXIX.

Sane ut pateat qualiter in bono malum vincere consueverat, juxta apostolicum praeceptum, hoc ejus factum sub exemplo commemoretur. Cum dehinc ad portum Placentinum venisset, quidam clericus, qui portui praeerat, supervenit. Nam, sicut illic mos est, lucrosum nimis naulum a Romeis exspectabat. Qui nescio qua causa felle commotus, verba indignationis rotabat, ita ut episcopum Rotenensis provinciae, sed et alios nobiles viros injuriosis exprobrationibus lacessiret. Forte vir Domini de contra stans, seditionem moveri metuens, conviatores compescuit, ne dure quidquam respondissent.

Sin olvidar que la justicia de los cristianos debe superar la justicia de los fariseos, después de diezmar con toda exactitud todas sus cosechas, mandaba guardar aparte también la novena parte, para repartirla en las diversas necesidades de los pobres. De ella, cuando la necesidad lo exigía, se compraban vestidos para los pobres que llegaban en diversos tiempos. Además llevaba siempre consigo monedas, que daba a los necesitados que le salían al paso tan a escondidas como podía, por sí mismo o por alguno que estuviera en el secreto. Y aunque las rentas de sus campos y viñas eran harto abundantes, nunca se oyó que sus administradores hubieran prestado nada; ni él mismo compró jamás hacienda alguna, salvo un campito que por ventura estaba metido dentro de una posesión suya; cuando todos los ricos suelen arder con vehemencia en este afán, olvidados de la terrible amenaza del profeta, que dice: ¡Ay de los que juntáis casa con casa y añadís campo a campo! (Is 5,8). Pues Geraldo, según el precepto del Evangelio, estaba contento con su paga. Y así como él no hacía extorsión a nadie ni denunciaba falsamente (Lc 3,14), así el Señor, que dispone todas las cosas, guardaba a salvo de los impíos y de los usurpadores lo que le pertenecía. En efecto, tenía bajo su dominio tantas haciendas en diversas provincias que, por esos mismos lugares de que estaba colmado, podía llamársele verdaderamente rico. Y sin embargo la multitud de sus posesiones no lo engreía, porque, como dice el salmista, nada quería sobre la tierra del Señor (Sal 73,25). Y el Señor, sin duda, le añadía todas estas cosas, porque él le buscaba el reino de Dios, que es lo primero (Mt 6,33). Tanto, en efecto, había prosperado por don de Dios, y tan protegido e indemne había permanecido, que parece convenirle aquello de Job: Tú lo has cercado, y su hacienda ha crecido en la tierra (Job 1,10).

XXIX

Para que quede claro cómo solía vencer el mal con el bien, según el precepto apostólico (Rom 12,21), recuérdese como ejemplo este hecho suyo. Cuando, de regreso, llegó al paso de Piacenza, se presentó un clérigo que estaba al frente del paso. Pues, como es costumbre allí, esperaba de los romeros un pasaje muy lucrativo. Este, movido a cólera por no sé qué motivo, lanzaba palabras de indignación, hasta el punto de provocar con injuriosos reproches al obispo de Rodez y a otros nobles. El varón del Señor, que por ventura estaba enfrente, temiendo que se armara un tumulto, contuvo a sus compañeros de viaje para que no respondieran con dureza.

Clericum vero blando sermone fregit, et quaedam munuscula ei dedit. At ille videns quam facili sermone et episcopum et caeteros a respondendis injuriis compescuisset, se autem quam leniter ad mentem reduxisset, quaesivit ab eo quisnam esset. Cum ille se Aquitanum et mediocrem personam esse responderet, clericus eum tam vultu quam eloquio considerans, ad ejus gratiam se totum inflexit, et quidquid de naulo debebatur, cunctis de illius comitatu remisit, et tam ipsius quam aliorum flascones et utres vino implevit. Habebat enim isdem senior divinitus hoc donum, ut tam ipse quam sermo ejus gratiosus esset. Et non solum quibuslibet aliis personis, sed etiam ipsis magnatibus. Quin et regibus semper charus, et reverendus erat.

XXX.

Merito quippe diligebatur ab omnibus, quoniam ipse cunctos diligebat. Referamus plane quid de quodam fugitivo, quasi de amico fecerit. Nam in eodem itinere fugitivum eumdem reperit, qui ante aliquot annos ab ejus municipio discesserat. Qui apud illas personas cum quibus habitabat, magnus etiam et locuples habebatur. Hunc itaque ministri domni Geraldi reperientes, ad eum trementem et pavidum adduxerunt. At ille seorsum inquisivit ab eo qualiter se ageret. Et cum didicisset ab eo, quod in eodem loco non parum honorabilis haberetur: Nec ego, inquit, te dehonestabo. Tunc praecepit suis, ne quis proderet qualis in sua regione fuisset. Tum vero videntibus vicinis suis, ei quaedam munuscula tribuit, et in eloquio vel convivio satis eminenter honoravit, et eum in pace dimisit. Quis hoc praeter Geraldum faceret? Sed hoc ille fecit, qui non avaritiae servus erat, sed misericordiae se totum dicaverat.

XXXI.

Item in eodem itinere, quidam vir de parte Bituricensi, non longe a Roma sibi coxam fregerat. Qui relictus a suis, cum conjuge solus remansit. Quem Bonifacius quidam ex militibus domni Geraldi casu reperit, et necessitatem illius audiens, ad eumdem domnum Geraldum hunc adducens: En, inquit, domine mi, juxta tuum desiderium reperi, quod tibi placiturum praesento: ecce homo indigens solatio. Quem dehinc vir Domini in tuitione sua gaudens suscepit, et usque Brivatensem vicum sufficienter sustentatum deduxit. Tunc insuper ei decem solidos praebuit, quibus subsidium usque ad suos habere posset. Haec et hujusmodi facta testantur miserendi affectum, quem ei divina inspiratio largiter inspirabat.

XXXII.

Al clérigo lo desarmó con palabras suaves y le dio algunos regalillos. Y él, viendo con qué facilidad había contenido con una palabra al obispo y a los demás para que no respondieran a las injurias, y con qué suavidad lo había hecho volver en sí, le preguntó quién era. Cuando él respondió que era aquitano y persona de poca monta, el clérigo, considerándolo tanto por su semblante como por su hablar, se rindió por completo a su favor, perdonó a todos los de su comitiva cuanto se debía por el pasaje, y llenó de vino tanto sus frascos y odres como los de los demás. Pues el señor tenía por don divino que tanto él como su palabra fueran gratos. Y no solo para cualesquiera otras personas, sino también para los mismos magnates. Más aún, siempre fue querido y reverenciado por los reyes.

XXX

Con razón era amado por todos, pues él amaba a todos. Contemos, pues, lo que hizo con un fugitivo, como si se tratara de un amigo. En aquel mismo viaje, en efecto, dio con ese fugitivo, que algunos años antes se había marchado de su villa. Entre las gentes con quienes vivía se le tenía incluso por hombre importante y rico. Los servidores del señor Geraldo, al encontrarlo, lo llevaron ante él tembloroso y asustado. Él le preguntó aparte cómo le iba. Y cuando supo por él que en aquel lugar se le tenía en no poca honra, le dijo: «Tampoco yo te deshonraré». Entonces mandó a los suyos que nadie descubriera lo que aquel había sido en su tierra. Luego, a vista de sus vecinos, le dio algunos regalillos, lo honró de manera muy señalada en la conversación y en la mesa, y lo despidió en paz. ¿Quién, sino Geraldo, haría esto? Pero lo hizo quien no era esclavo de la avaricia, sino que se había consagrado por entero a la misericordia.

XXXI

Asimismo, en el mismo viaje, un hombre de la región de Bourges se había roto la cadera no lejos de Roma. Abandonado por los suyos, se había quedado solo con su esposa. Un tal Bonifacio, uno de los caballeros del señor Geraldo, lo encontró por casualidad y, al oír su necesidad, lo llevó al señor Geraldo diciendo: «Mira, señor mío, conforme a tu deseo he encontrado algo que te traigo y que te ha de agradar: he aquí un hombre necesitado de consuelo». El varón del Señor lo acogió gozoso bajo su protección y lo llevó, bien sustentado, hasta la villa de Brioude. Entonces le dio además diez sueldos, para que tuviera con qué valerse hasta llegar a los suyos. Estos hechos y otros semejantes atestiguan el afecto compasivo que la inspiración divina le infundía con largueza.

XXXII

Verum noverimus, quia necesse est, ut messis triticea cum lolio crescat, et granum frumenti palea superior interim premat: et ob hoc oportuit ut justum Abel malitiosus Cain ad patientiam exercuisset. Geraldus quoque, sicut Job, frater draconum et socius struthionum fuisse monstretur, frequenter a quibusdam provinciarum lacessitus est. Nam reipublicae statu jam nimis turbato regales vassos insolentia marchionum sibi subjugaverat. Jam itaque multarum causarum experimentis probatum fuerat, quod, ut scriptum est, omnipotens erat contra hostes Geraldi. Quibus videlicet ita insuperabilis videbatur, ut malum, quod ei perstruere molirentur, in ipsos potius redundaret, ut scriptum est: Qui fodit foveam proximo suo, ipse prior incidet in ea. Wilelmus plane dux Aquitanorum, vir bonus, et per multa laudabilis, cum tandem vehementer invaluisset, non minis quidem, sed precibus agebat, ut Geraldus a regia militia discedens, sese eidem commendaret. Sed ille favore comitis nuper usurpato, nequaquam consensit. Nepotem tamen suum nomine Rainaldum eidem cum ingenti militum numero commendavit. Sed et isdem Wilelmus nullatenus illi indignatus est, quippe non immemor, quia pater suus Bernardus ipsum adhuc adolescentem eidem domno Geraldo amoris causa commendavit. Et ideo dulci admodum contubernio, et ingenti veneratione semper eum excolebat. Cum vero causa instabat, ad ejus colloquium veniebat. Nonnunquam autem gratiosi hominis Wilelmus suavitate delectatus, vi precum exigebat, ut secum diutius commoraretur. Et frequenter in agendis progressus, longius secum ire faciebat.

XXXIII.

Factum est quadam vice, cum ita res exigeret, ut in quamdam regionem qua hostiliter ierat, longum tempus cum eo expendisset. Interim vero omne stipendium, quod in sagmariis Geraldi delatum fuerat, paulatim defecit. Porro exercitus ad praedam versus, tanquam hostes Wilelmi persequens, totam regionem illam depopulabatur. Qua causa incolae sibi timentes, facultatibus expositis, fugiebant, nec inveniri poterat qui ministris ejus stipem vendidisset. Cum ergo nihil ad emendum reperissent, nec de praeda quidquam eis tangere licuisset, non modicam in illa expeditione penuriam sustinuit. Neque enim ab his qui praedabantur, quidquam suscipere patiebatur, ne forte cum eis participans socius peccati existeret. Sustinuit autem et amici comitatum, nec afflictus deseruit. Ridebant hoc nonnulli, quod aliis de praeda lascivientibus ipse cum suis indigeret. Multi quidem quibus erat sanior intellectus, illum beatificabant, altius gementes quod ad hunc imitandum idonei non essent. Denique ex hoc et deinceps, cognomentum hoc promeruit, ut ab omnibus in commune Geraldus ille Bonus appellaretur.

Pero sepamos que es preciso que la mies de trigo crezca con la cizaña, y que entretanto la paja, que está encima, oprima el grano de trigo; y por eso convino que el malvado Caín ejercitara la paciencia del justo Abel. También Geraldo, para que se mostrara, como Job, hermano de los dragones y compañero de los avestruces (Job 30,29), fue a menudo hostigado por algunos de las provincias. Pues, muy perturbado ya el estado del reino, la insolencia de los marqueses había sometido a su dominio a los vasallos del rey. Ya se había comprobado, pues, por la experiencia de muchos casos que, como está escrito, el Omnipotente estaba contra los enemigos de Geraldo. Tan invencible les parecía que el mal que tramaban contra él recaía más bien sobre ellos mismos, como está escrito: El que cava una fosa a su prójimo caerá él primero en ella (Prov 26,27). Guillermo, duque de los aquitanos, hombre bueno y digno de alabanza en muchas cosas, cuando al fin llegó a ser muy poderoso, procuraba, no con amenazas sino con ruegos, que Geraldo dejara el servicio del rey y se encomendara a él. Pero él, apoyado en el favor del conde que hacía poco había obtenido, de ningún modo consintió. Le encomendó, sin embargo, a un sobrino suyo llamado Rainaldo, con un gran número de caballeros. Y el mismo Guillermo no se indignó en absoluto con él, pues no olvidaba que su padre Bernardo, por amor, lo había encomendado siendo aún jovencito al señor Geraldo. Y por eso siempre lo honraba con muy dulce trato y con gran veneración. Cuando algún asunto apremiaba, venía a conversar con él. Y a veces Guillermo, deleitado por la suavidad de aquel hombre tan amable, le pedía con instancia que se quedara más tiempo con él. Y con frecuencia, cuando salía a sus asuntos, le hacía acompañarlo largo trecho.

XXXIII

Sucedió una vez, por exigirlo las circunstancias, que Geraldo pasó largo tiempo con él en una región a la que Guillermo había ido en son de guerra. Entretanto, todas las provisiones traídas en las acémilas de Geraldo se fueron agotando poco a poco. Y el ejército, entregado al pillaje, devastaba toda aquella región, como persiguiendo a los enemigos de Guillermo. Por eso los habitantes, temiendo por sí, abandonaban sus bienes y huían, y no se podía encontrar a nadie que vendiera víveres a sus servidores. Así, como no encontraban nada que comprar y no se les permitía tocar nada del botín, padeció no poca penuria en aquella expedición. Pues no consentía recibir nada de los que saqueaban, no fuera que, participando con ellos, se hiciera cómplice de su pecado. Pero soportó la compañía de su amigo, y, aunque afligido, no lo abandonó. Algunos se reían de que, mientras los demás se regalaban con el botín, él y los suyos pasaran necesidad. Pero muchos que tenían más sano entendimiento lo llamaban bienaventurado, gimiendo hondamente por no ser capaces de imitarlo. En fin, desde entonces mereció este sobrenombre, de modo que todos en común lo llamaban Geraldo el Bueno.

XXXIV.

Tanti autem apud eumdem Wilelmum habitus est, ut ei sororem suam in conjugio dare vellet, Ermengardi matre quamprimum id cupiente, quae virum hunc pio diligebat affectu. Sed Christus virginis filius castitatis amorem illi dudum indulcaverat, quam ab ineunte aetate ita complexus est, ut nec intuitu quidem tam excellentis copulae pateretur ab ea divelli. Quantopere enim carnis obscoenitatem exhorruerit, per hoc animadverti potest, quod nocturnam illusionem sine moerore nullatenus incurrebat. Quoties namque illud humanitatis infortunium dormienti contigisset, consecretalis cubicularius afferebat ei seorsum, in competenti videlicet loco, vestes mutatorias, ad hoc semper paratas, et tomentum, et vas aquae. Quo illo intrante, non enim patiebatur se nudum videri, mox ille minister clauso ostio recedebat. Ita cultor internae puritatis corporis inquinationem refugiebat, ut ipsam solam, quae dormienti acciderat, non solum balneis, quin etiam lacrymis abluerit. Stultum forte videbatur hoc ejus factum, sed illis plane quorum coenosa mens vitiorum sordes exhalat. Qui cum se vel naturaliter, vel voluntarie sordident, immunditias tamen suas abluere per se dedignantur. At vero Geraldus scriptum noverat: Omni custodia serva cor tuum. Et item: Qui modica spernit, paulatim decidet. Velim sane perpendas quanti habendum sit, quod inter mundanas opes, et in fastigio terreno positus, castitatem servavit. Quid magnificentius faceret? Nihil amplius aut excellentius requiras. Nam, sicut beatus Martinus perhibet, nihil virginitati est comparandum.

XXXV.

Unde et Ademarus comes vehementer instabat, ut eum suae ditioni subdidisset, quod nullo equidem pacto extorquere potuit. Non solum quippe eidem Ademaro, sed nec Wilelmo quidem duci, qui tunc majore rerum affluentia potiebatur, se commendare assensus est, Credo Mardocheum vir iste meditabatur, qui superbo Aman se submittere, honoremque regibus a Deo collatum praebere contempsit. Verum cum in amicitia Wilelmi devictus pacem habere videretur, ut homini in Christo viventi persecutio non deesset, praedictum comitem Ademarum illi Satanas instigavit.

XXXIV

Era tenido en tanta estima por el mismo Guillermo que este quería darle a su hermana en matrimonio, y su madre Ermengarda lo deseaba vivamente, pues amaba a este hombre con piadoso afecto. Pero Cristo, hijo de la Virgen, le había hecho dulce desde hacía tiempo el amor de la castidad, que él había abrazado desde su primera edad tan estrechamente que no consintió ser arrancado de ella ni siquiera ante la perspectiva de un enlace tan excelso. Cuánto aborrecía la inmundicia de la carne puede advertirse en que nunca padecía una polución nocturna sin dolor. Pues siempre que le ocurría durmiendo aquel infortunio de la condición humana, un camarero de su confianza le llevaba aparte, a un lugar adecuado, ropa de muda siempre preparada para ello, una toalla y una vasija de agua. Cuando él entraba —pues no consentía que lo vieran desnudo—, aquel servidor se retiraba al punto cerrando la puerta. Así huía de la mancha del cuerpo este cultivador de la pureza interior, que esa sola mancha, que le sobrevenía durmiendo, la lavaba no solo con baños, sino incluso con lágrimas. Quizá pareciera necia esta conducta suya, pero sin duda solo a aquellos cuya mente cenagosa exhala la inmundicia de los vicios. Los cuales, aunque se ensucian por naturaleza o por voluntad, se desdeñan sin embargo de lavar por sí mismos sus inmundicias. Pero Geraldo sabía que está escrito: Guarda tu corazón con toda vigilancia (Prov 4,23). Y también: El que desprecia lo pequeño caerá poco a poco (Eclo 19,1). Quisiera que ponderaras cuánto ha de estimarse que, entre las riquezas del mundo y puesto en la cumbre terrena, guardara la castidad. ¿Qué cosa más magnífica podía hacer? No busques nada mayor ni más excelente. Pues, como afirma el bienaventurado Martín, nada es comparable a la virginidad.

XXXV

También el conde Ademaro insistía vivamente en someterlo a su dominio, cosa que de ningún modo pudo arrancarle. Pues no consintió en encomendarse no solo a ese Ademaro, sino ni siquiera al duque Guillermo, que entonces gozaba de mayor abundancia de bienes. Creo que este hombre tenía presente a Mardoqueo, que desdeñó someterse al soberbio Amán y tributarle el honor concedido por Dios a los reyes. Pero cuando, ligado en amistad con Guillermo, parecía tener paz, Satanás, para que no le faltara persecución a un hombre que vivía en Cristo, instigó contra él al susodicho conde Ademaro.

Quem profecto multis et variis tentationibus appetitum sibi subjugare non potuit. Aliquando quippe contigit ut in prato cum paucis militibus mansitaret nocte, cum equidem Ademarus misso exploratore pro certo rescivit et ubi et cum quantis esset. Gavisus plurimum quod occasionem opportunam ad eum comprehendendum reperisset, armatorum cuneum collegit, et ad locum aciem direxit. Porro Geraldus in parte ipsius prati decumbens, ut fertur, cum suis omnibus dormiebat. Sed ille qui custodit Israel, nequaquam innocenti viro dormitabat. Si quidem, ut de Jeremia propheta scribitur, uia Dominus celavit eum: ita et hunc divinitus abscondit, ut cum omne pratum per gyrum discurrissent, et per medium regyrassent, nequaquam eum reperire potuerint. Tum vero Ademarus adnisu frustrato, dolens impietatem suam esse delusam, recessit. Justus vero, ut scriptum est, mundis manibus addidit fortitudinem laudis in Domino.

XXXVI.

Quoniam itidem ejus castellum satellites Ademari comitis occupaverunt. Quo Geraldus audito, paucos milites, qui tunc sibi forte aderant, secum duxit, et ad oppidum festinavit. Ademarus vero cum valida exercitus manu, oppidi pervasores subsequi parabat. Sed cum non longe essent, quod ad obsidendum castrum Geraldus praecurrerat, volantem exercitum retinuit, dicens: Explorandum nobis est quanam Geraldus pugnatorum multitudine valletur, qui nos ad obsidendum oppidum ausus est praevenire. Neque enim se in hoc periculo praecipitasset, nisi quorumlibet rusticorum auxilio septus esset. Dixerat haec, et pernices equites ad hoc explorandum direxit. Nox vero tum ingruerat: nec cunctati exploratores festinant, et quaenam sint castra Geraldi sollicite rimantur. Ut autem in nocte solet fieri, lapides albicantes eminus sub incerto visu conspicati, obsidentium tentoria putaverunt. Qui protinus exsangues et perterriti ad Ademarum recurrunt, ac ingentem castrorum multitudinem se vidisse fatentur. Redierant enim per quamdam matronam, cui idipsum retulerunt, per quam et hoc ipsum, quod illis exploratoribus visum fuerat, postea viro Dei innotuit. Ademarus itaque cum exercitu suo divino nutu labefactatus, ad sua remeavit. In crastinum vero pervasores castelli, cognito quod Ademarus eisdem minime adesset, pacem a Geraldo requirunt, poscentes ut eosdem sine ignominia recedere permisisset. Et id quidem vir Dei Geraldus illico indulsit. Sed milites animo concitati aegre ferebant, si vel armis non spoliarentur. Invaluit tamen pietas Geraldi, et illos stare coegit, hostibus vero per angiportum fugientibus aditum permisit.

Pero este, aunque lo acometió con muchas y diversas tentativas, no pudo someterlo. Sucedió, en efecto, una vez que pasaba la noche en un prado con unos pocos caballeros, cuando Ademaro, enviando un explorador, supo con certeza dónde estaba y con cuántos. Muy alegre por haber hallado ocasión propicia para apresarlo, reunió una tropa de hombres armados y dirigió su hueste al lugar. Geraldo, tendido en una parte del prado, dormía, según se cuenta, con todos los suyos. Pero el que guarda a Israel no dormitaba en modo alguno para aquel hombre inocente (Sal 121,4). Pues, así como se escribe del profeta Jeremías que el Señor lo escondió (Jer 36,26), así también a este lo ocultó Dios, de modo que, aunque recorrieron todo el prado en derredor y lo atravesaron de nuevo por en medio, no pudieron en modo alguno encontrarlo. Entonces Ademaro, frustrado su intento, se retiró, doliéndose de que su maldad hubiera sido burlada. Pero el justo, como está escrito, con manos limpias añadió fortaleza (Job 17,9), la fortaleza de la alabanza en el Señor.

XXXVI

Asimismo, los secuaces del conde Ademaro se apoderaron de un castillo suyo. Al saberlo Geraldo, tomó consigo a los pocos caballeros que por ventura estaban entonces con él y se apresuró hacia la plaza. Ademaro, por su parte, se disponía a seguir a los invasores de la plaza con una fuerte hueste. Pero, cuando no estaban lejos, como Geraldo se había adelantado a sitiar el castillo, detuvo a su ejército, que volaba, diciendo: «Hemos de averiguar con qué multitud de combatientes se protege Geraldo, puesto que se ha atrevido a adelantársenos para sitiar la plaza. Pues no se habría precipitado en este peligro si no estuviera rodeado del auxilio de una multitud de campesinos». Así habló, y envió jinetes veloces a averiguarlo. Había caído ya la noche; los exploradores se apresuran sin tardanza y escudriñan con cuidado cómo es el campamento de Geraldo. Y, como suele ocurrir de noche, al divisar de lejos, con vista incierta, unas piedras blanquecinas, creyeron que eran las tiendas de los sitiadores. Al punto, pálidos y aterrados, vuelven corriendo a Ademaro y declaran haber visto una ingente multitud de campamentos. Habían vuelto, en efecto, por casa de una señora, a quien contaron lo mismo; y por ella llegó después a conocimiento del varón de Dios eso mismo que habían visto los exploradores. Así Ademaro, quebrantado por disposición divina, regresó a su tierra con su ejército. Al día siguiente, los invasores del castillo, sabiendo que Ademaro no vendría en su ayuda, piden la paz a Geraldo, rogándole que los dejara retirarse sin deshonra. Y eso se lo concedió al punto Geraldo, el varón de Dios. Pero sus caballeros, encendidos de ánimo, llevaban a mal que no se los despojara al menos de sus armas. Prevaleció, sin embargo, la piedad de Geraldo, que los obligó a quedarse quietos y dejó paso a los enemigos, que huían por un callejón.

Quin etiam duos de suis armatos constituit, qui hinc inde stantes procurarent, ne aliquis de supellectili exeuntium quidquam rapere praesumpsisset. Ita Geraldus exturbatis absque sanguine hostibus triumphavit. Ita Christus more suo gloriosius militem suum ipsa adversitate nobilitavit.

XXXVII.

Godefredus ille Torennensis comes, quadam vice, collecto militum agmine, festinabat ut hunc virum Dei bellando lacessiret, aut quae erant juris illius devastaret. Contigit autem, ut ipso gladio quo se armaverat, ita vulneraretur, ut arreptum iter nequaquam explere posset. Qui tandem intelligens quod ob injuriam viri Dei vulneratus sit, a malitia sua cessavit, merito sibi illud Mosaicum convenire conspiciens: Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

XXXVIII.

Oppidum nihilominus, quod monasterio superimminet, frater praedicti Ademari clanculo irrepsit. Sed quia jam experimentis aliorum didicerat quod Geraldus, Deo pro se pugnante, semper hostibus praevaleret, non ausus est ibidem remorari. Tamen ablatis omnibus quae asportari poterant, concitus aufugit. Nec multum vero post, quibusdam honestis viris sese ob illius facinoris causam objurgantibus cuncta reddidit, et ad virum Dei veniens, indulgentiam pro sua temeritate postulavit. Jam enim apud omnes, qui se noverant, tantam reverentiam obtinebat, ut quisquis eum laesisset, quasi sacrilegium fecisset, non sibi in prosperum cedere certus esset. Sane quamvis filii tenebrarum et per ista quae commemoravimus, et per alia multa filium lucis inquietarent; ille tamen ubicunque poterat, pauperes tueri non omittebat. His enim qui se laedebant, tam facile ignoscebat, ut putares quod ille magis ignoscere quam illi vellent reconciliari. Durior illi causa pro pauperibus semper erat, quam anima ejus illis compatiebatur, faciliusque suam negligere causam poterat quam illorum. Ut enim peritissimus quidam medicus, qui forte vulneratus jacet, aliorum vulneribus mederi studeat: sic iste dum laederetur, tamen impotes tueri non omittebat.

XXXIX.

Más aún, apostó a dos de los suyos armados, uno a cada lado, para que cuidaran de que nadie se atreviera a arrebatar nada de los enseres de los que salían. Así triunfó Geraldo, expulsando a los enemigos sin derramar sangre. Así Cristo, a su manera, ennobleció más gloriosamente a su soldado por medio de la misma adversidad.

XXXVII

Godofredo, el conde de Turena, reunió una vez una tropa de caballeros y se apresuraba a provocar en combate a este varón de Dios o a devastar lo que le pertenecía. Pero sucedió que fue herido con la misma espada con que se había armado, de modo que no pudo en modo alguno terminar el camino emprendido. Al fin, comprendiendo que había sido herido por la injuria hecha al varón de Dios, desistió de su malicia, viendo que con razón le convenía aquello de Moisés: Huyamos de Israel, porque el Señor pelea por ellos contra nosotros (Éx 14,25).

XXXVIII

Asimismo, el hermano del susodicho Ademaro se introdujo a escondidas en la plaza que domina el monasterio. Pero como ya había aprendido por la experiencia de otros que Geraldo, peleando Dios por él, siempre prevalecía sobre sus enemigos, no se atrevió a quedarse allí. Con todo, llevándose cuanto pudo, huyó a toda prisa. Y no mucho después, al reprenderle unos hombres honrados por aquel crimen, lo devolvió todo y, presentándose al varón de Dios, le pidió perdón por su temeridad. Pues gozaba ya de tanta reverencia entre todos los que lo conocían, que quien le hacía daño estaba seguro, como si hubiera cometido un sacrilegio, de que no le saldría bien. Y aunque los hijos de las tinieblas inquietaban al hijo de la luz con lo que hemos recordado y con otras muchas cosas, él no dejaba de proteger a los pobres dondequiera que podía. Pues perdonaba tan fácilmente a quienes le hacían daño, que pensarías que él estaba más dispuesto a perdonar que ellos a reconciliarse. La causa de los pobres le pesaba siempre más, porque su alma se compadecía de ellos, y podía descuidar más fácilmente su propia causa que la de ellos. Pues como un médico muy experto que, yaciendo herido, se esfuerza por curar las heridas de los demás, así él, aun mientras era agraviado, no dejaba de proteger a los desvalidos.

XXXIX

Suis siquidem inimicis ita insuperabilis erat, ut malum in eos potius redundaret, quod ei perstruere molirentur. Quod ex quibusdam superius relatis, et ex praesenti probatur exemplo. Frater Ademari comitis Adalelmus, praeter illam injuriam quam eidem domno Geraldo fecerat, cum Aureliacense castrum pervaserat, quam videlicet injuriam ipse libenter ei indulserat, adhuc tamen ejus malitia furebatur, et ad laesionem sancti viri pertinaciter instigabatur. Collecto itaque satellitum cuneo, castrum, quod tunc forte domnus Geraldus missarum solemniis intererat, irrumpere tentavit. Sed illi quidem qui forinsecus erant, illum in praeceps gradientem eminus conspicati, portam repente clauserunt. Facto autem strepitu in castro vociferantium, milites qui ad missam cum seniore erant, exsilire volebant. Quos ille sermonibus fregit, et donec opus Dei compleretur, nequaquam exire permisit. Interim vero satellites Adalelmi ambitum castelli pervagantes, septem equos tantum repererunt, quos et abegerunt. Et confestim incassum se irrupisse videntes, pudore acti, remeare coeperunt. Fertur autem quod vir Domini, retentis militibus, supra portam sumpto psalterio concitus ascenderit, et nescio quid e psalmis Domino decantaverit. Porro tyrannus, qui moerere cor justi fecerat, laetatus nequaquam redire permissus est. Mira dicturus sum, et pene incredibilia, nisi haec a teste satis idoneo perhiberentur. Nam de caballis eorum ferme sexaginta sub brevi spatio temporis exstincti sunt. Adelelmus autem post quartum decimum diem, tam terribiliter obiit, ut omne ubi jaceret, turbo vehemens discooperiret. Testatur hoc praesens Adalbertus [Madalbertus], ille videlicet monachus qui apud Lemovicas verbum Dei solet populo praedicare. Thesaurum quippe sancti Martialis Torennae custodiebat, qui pridem ob metum paganae gentis illic fuerat deportatus. Ablatores autem illi videntes quod acciderat, homini Dei suos equos remiserunt.

XL.

Nonnunquam invitus cogebatur potentiae suae vires exerere, et pravorum cervicem vi bellica curvare, sicut videlicet actum est de quodam pessimo homine, qui vocabatur Arlaldus. Is namque tenebat quoddam oppidulum, quod dicitur ad sanctum Serenum, ex quo scilicet, quasi lupus vespertinus egrediens, irruptiones faciebat in familiam domni Geraldi. Cum quidem ille sicut pacificus loquebatur ei qui oderat pacem, quin etiam quaedam munuscula tribuebat ei, et arma militaribus apta, quatenus ferinos ejus mores per beneficia deliniret.

Era tan invencible para sus enemigos que el mal que tramaban contra él recaía más bien sobre ellos. Lo prueban algunos de los hechos referidos antes y el ejemplo presente. Adalelmo, hermano del conde Ademaro, además de aquella injuria que había hecho al señor Geraldo cuando invadió el castillo de Aurillac, injuria que él le había perdonado de buen grado, seguía enfurecido en su malicia y se empeñaba tenazmente en dañar al santo varón. Así pues, reuniendo una tropa de secuaces, intentó irrumpir en el castillo donde el señor Geraldo asistía por ventura en aquel momento a la solemnidad de la misa. Pero los que estaban fuera, al verlo de lejos venir precipitadamente, cerraron de pronto la puerta. Y al levantarse en el castillo el estrépito de los que gritaban, los caballeros que estaban en misa con el señor querían salir de un salto. Pero él los contuvo con sus palabras, y de ningún modo les permitió salir hasta que se terminara la obra de Dios. Entretanto, los secuaces de Adalelmo, rondando el recinto del castillo, solo encontraron siete caballos, y se los llevaron. Y enseguida, viendo que habían irrumpido en vano, avergonzados, comenzaron a volverse. Se cuenta que el varón del Señor, reteniendo a sus caballeros, tomó el salterio, subió presuroso sobre la puerta y cantó al Señor no sé qué de los salmos. Y el tirano que había hecho entristecerse el corazón del justo (Ez 13,22) no pudo de ningún modo volver alegre. Voy a contar cosas admirables y casi increíbles, si no las atestiguara un testigo bien idóneo. Pues de sus caballos murieron cerca de sesenta en breve espacio de tiempo. Y Adalelmo, pasados catorce días, murió de manera tan terrible que un violento torbellino dejó al descubierto todo el lugar donde yacía. Lo atestigua Adalberto, que estuvo presente, aquel monje que suele predicar la palabra de Dios al pueblo en Limoges. Custodiaba, en efecto, en Turena el tesoro de san Marcial, que había sido llevado allí tiempo atrás por miedo a los paganos. Y los que se habían llevado los caballos, viendo lo que había sucedido, se los devolvieron al hombre de Dios.

XL

Algunas veces se veía obligado, a su pesar, a desplegar la fuerza de su poder y a doblegar por las armas la cerviz de los malvados, como sucedió con un hombre pésimo llamado Arlaldo. Tenía este una pequeña plaza llamada San Sereno, desde la cual, saliendo como lobo de la tarde, hacía incursiones contra la gente del señor Geraldo. Él, por su parte, hablaba en paz con el que odiaba la paz (Sal 120,7), y hasta le daba algunos regalillos y armas propias de soldados, para amansar con beneficios sus costumbres feroces.

Sed stultus homo ac brutus, hoc non pietati, sed ignaviae deputans, audacius in praedicta familia grassabatur. Tandem ergo Geraldus considerans quod stulti hominis vesania sine flagello frenai non poterat, collecto militum agmine, tetendit ad castellum. Atque incredibili victoriae proventu, bestiam illam sine cujuslibet interfectione de suo cubiculo protraxit. Cumque ante ipsum plenus confusione staret, non contumeliose, sed ratiocinando quantum oportuit eum alloquitur. Cum ille tremens verba humillima ac deprecatoria respondisset, vir Domini ad eum: En, inquit, expertus es quod tuis viribus adversum me consistere nequeas: cave igitur furere, cave ultra malitiam exercere, ne gravius ipsa in caput tuum redundet. Et teipsum, inquit, ita dimittam ut neque obsidem, neque aliquod juramentum a te suscipere curem. Sed neque de tua supellectile saltem pro compensatione praedae, quam exercere solitus es, quidquam auferre permitam. Ita coercitum dimisit hominem, et ille satis deinceps cavit, ne Geraldi familiam laedere praesumpsisset.

XLI.

Jam, ut supra dixeramus, cessabant ejus adversarii divino metu consternati. Nam licet ad exemplum Job, frater fuerit draconum et socius struthionum, bestiae tamen agri pacificae erant illi. Nam cum alodus ejus esset postomia, et deinceps latifundia ipsius ita sibi succederent, ut usque ad montem magnum Greonem, posset in eundo et redeundo, semper in propriis mansitare capellis, tamen non indigebat ut aliquam villam cuilibet potenti ad custodiendum commendasset, nisi unum solum praediolum quod dicitur Taladiciacus. Erat enim semotim inter pessimos vicinos longe a caeteris disparatum. De hoc officiales permiserunt invito et nolenti, quatenus illud cuidam Bernardo ad custodiendum commendaret. Quod equidem ille cum quadam hilaritate patienter ferebat, dicens: Bene mihi contigit ut discam quia bonum est confidere in Domino, quam in homine. Quod scilicet ob hoc libuit commemorare, ut hinc pateat, quia quoties Deus aliquid ad ejus probationem fieri permisit, ille non ad tristitiam, sed ad humilitatem id retulerit. Per quod etiam demonstratur, quod vir iste ex fide vixerit, qui cuncta divinae dispositioni subjacere cognoverit, et quod in terris nihil sine causa, ut scriptum est, fieri non ignoraverit.

XLII.

Pero el hombre necio y brutal, atribuyéndolo no a la piedad sino a la cobardía, se ensañaba con más audacia contra aquella gente. Al fin, pues, Geraldo, considerando que la locura de aquel necio no podía frenarse sin azote, reunió una tropa de caballeros y marchó contra el castillo. Y con un increíble golpe de victoria sacó a aquella bestia de su aposento sin que nadie muriera. Y cuando estuvo ante él lleno de confusión, le habló no con afrenta, sino razonando con él cuanto convenía. Cuando él, temblando, respondió con palabras humildísimas y suplicantes, el varón del Señor le dijo: «Ya ves que has comprobado que no puedes resistirme con tus fuerzas; guárdate, pues, de enfurecerte, guárdate de seguir obrando el mal, no sea que recaiga con más peso sobre tu cabeza. Y a ti mismo —dijo— te dejaré ir de tal modo que no me cuidaré de recibir de ti ni rehén ni juramento alguno. Ni permitiré que se tome nada de tus enseres, ni siquiera en compensación por el pillaje que sueles hacer». Así dejó ir a aquel hombre escarmentado, y él se guardó bien en adelante de atreverse a dañar a la gente de Geraldo.

XLI

Ya, como dijimos antes, sus adversarios cesaban, sobrecogidos por el temor de Dios. Pues aunque, a ejemplo de Job, fue hermano de los dragones y compañero de los avestruces, las bestias del campo estaban en paz con él (Job 5,23). Pues aunque su alodio comenzaba en Postomia, y desde allí sus grandes fincas se sucedían unas a otras de tal modo que, hasta el gran monte Greo, podía, a la ida y a la vuelta, alojarse siempre en capillas propias, no necesitaba encomendar ninguna villa a la custodia de algún poderoso, salvo una sola pequeña hacienda llamada Taladiciacus. Estaba, en efecto, aislada entre vecinos pésimos, muy apartada de las demás. Respecto de ella, sus oficiales le hicieron, contra su voluntad y a su pesar, encomendarla a la custodia de un tal Bernardo. Lo cual él soportaba con paciencia y hasta con cierta alegría, diciendo: «Bien me ha sucedido, para que aprenda que es mejor confiar en el Señor que en el hombre (Sal 118,8)». Nos ha placido recordarlo para que quede claro que, siempre que Dios permitía que sucediera algo para probarlo, él no lo convertía en tristeza, sino en humildad. Con lo cual se demuestra también que este hombre vivió de la fe, pues sabía que todo está sujeto a la disposición divina, y no ignoraba que, como está escrito, nada en la tierra sucede sin causa (Job 5,6).

XLII

En quaedam de exterioribus gestis ejus, et communi conversatione digessimus, per quae videlicet facillime patet, quod vir iste justitiae cultor fuerit, et juxta apostolicum praeceptum, sobrie, et pie, et juste conversatus est. Cum igitur in justificationibus Domini sine querela se exercuerit, incredibile non debet videri, si ipse Dominus misericordiam suam cum eo magnificat. Quapropter suademus eis, quibus incredibile videtur omne quod nunc fama de eodem sancto viro dispergit, ut cautius ac diligentius causam ejus retractent. Nam si hoc obstare videtur, quod in saeculo potens fuit, considerandum est quod major et laudabilior virtus sit materiam superbiendi habuisse, et tamen potentiae culmen humiliter compressisse. Potestas enim non est nisi a Deo. Qui, juxta Scripturam, potentes non abjicit, cum ipse sit potens. Quamvis igitur saeculari gloria fastigiatus fuerit, non debet incredibile videri, si Deus illum glorificat, qui hunc in observantiam mandatorum ejus glorificavit. Annon potentes fuerunt et bellicosi rex David, Ezechias, et Josias? Modernis quoque temporibus de nonnullis auditum est, sicut de rege Anglorum Oswaldo, quos Deus per signa glorificat, qui scilicet in observantiam mandatorum ejus illum glorificare studuerunt. Denique in singulis hujus vitae aetatibus multa gerit divina dignatio, quae ad incitamentum conculcatae et oblitae religionis proficiant. Unde dicit Apostolus quia Deus nullum tempus sine sui testimonio relinquit. Quod etiam per ingratos aliquando fit, sicut equidem sub Moyse multa signa cum illis patrata sunt, de quibus scriptum est, quoniam non in pluribus eorum beneplacitum fuit Deo. Et nonnulla vix credibilia veraces et idonei testes asserunt, sicut beatus Hieronymus de quodam quondam violento et latrone, qui postea conversus ad Christum, solem ad explendum iter suum diu stare fecit, ac deinde clauso ostio ad discipulos corporaliter intravit. Si ergo Deus, qui cum patribus mirabilia fecit, etiam nostris temporibus ad ressuscitandum conculcatae religionis affectum, per hominem, qui sicut in diebus Noe, justus repertus est, signa dignatur operari, incredibile non debet videri. Sed ipse potius est glorificandus, qui nullum tempus sine testimonio bonitatis suae relinquens, suae promissionis memor, non desinit benefacere populo suo. De gestis autem ejusdem viri, quae egit, postquam cultui divinae servitutis, ex toto se cohaesit, quae dicenda sunt, sequenti libello reservantes, hic istum in Dei nomine terminemus.

He aquí que hemos expuesto algunos de sus hechos exteriores y de su trato ordinario, por los que se ve con toda facilidad que este hombre fue cultivador de la justicia y que, según el precepto apostólico, vivió sobria, piadosa y justamente (Tit 2,12). Puesto que se ejercitó sin tacha en los mandamientos del Señor (Lc 1,6), no debe parecer increíble que el mismo Señor engrandezca con él su misericordia. Por eso exhortamos a aquellos a quienes parece increíble todo lo que la fama difunde ahora de este santo varón a que revisen su causa con más cautela y diligencia. Pues si parece un obstáculo que fuera poderoso en el siglo, ha de considerarse que es virtud mayor y más digna de alabanza haber tenido materia para ensoberbecerse y, sin embargo, haber abatido humildemente la cumbre del poder. Porque no hay poder que no venga de Dios (Rom 13,1). Y él, según la Escritura, no desecha a los poderosos, siendo él mismo poderoso (Job 36,5). Aunque, pues, estuviera encumbrado en la gloria del siglo, no debe parecer increíble que Dios glorifique a quien lo glorificó a él guardando sus mandamientos. ¿No fueron poderosos y guerreros el rey David, Ezequías y Josías? También en tiempos más recientes se ha oído de algunos, como Osvaldo, rey de los ingleses, a quienes Dios glorifica con señales porque ellos procuraron glorificarlo guardando sus mandamientos. En fin, en cada una de las edades de esta vida la dignación divina obra muchas cosas que sirven de estímulo a la religión pisoteada y olvidada. Por eso dice el Apóstol que Dios no deja ninguna época sin testimonio de sí. Lo cual sucede a veces incluso por medio de ingratos, como bajo Moisés se obraron muchas señales entre aquellos de quienes está escrito que la mayoría de ellos no agradó a Dios (1 Cor 10,5). Y testigos veraces e idóneos afirman algunas cosas apenas creíbles, como el bienaventurado Jerónimo cuenta de un hombre en otro tiempo violento y ladrón que, convertido después a Cristo, hizo que el sol se detuviera largo rato para terminar su camino, y luego entró corporalmente adonde estaban sus discípulos con la puerta cerrada. Si, pues, Dios, que hizo maravillas con los padres, se digna también en nuestros tiempos, para resucitar el afecto de la religión pisoteada, obrar señales por medio de un hombre que, como en los días de Noé, fue hallado justo, no debe parecer increíble. Más bien ha de ser glorificado él, que, sin dejar ninguna época sin testimonio de su bondad y acordándose de su promesa, no deja de hacer el bien a su pueblo (Jer 32,40). En cuanto a los hechos que realizó este varón después de entregarse por entero al servicio divino, reservando lo que de ellos ha de decirse para el libro siguiente, terminemos aquí este en el nombre de Dios.

Praefatio in librum secundum

His qui de meritis domni Geraldi temere disputant satisfacere potest considerata et inspecta qualitas vitae ejus. Nam quasi in tribunali quodam residentes, decernunt utrum sanctus debeat esse annon; cum hoc divino judicio subjaceat, quo etiam per reprobos ad utilitatem bonorum signa plerumque fiunt. His ergo satisfaciat attestatio miraculorum, quae per eum, vel dum viveret, vel post ejus obitum Christus operari dignatur. Porro his qui gloriantur, dicentes, quod Geraldus potens fuit, et sanctus est, suademus ne sibi de hoc applaudant, quia nisi pauperes spiritu fuerint, et sicut ille, suam potentiam religione condierint, casa eorum parva esse non poterit. Imo comparatione ejus revincentur, potuisse quidem juste similiter vivere, sed noluisse; manducones vero et bibaces, ut de quibusdam religionis professoribus dicam, qui sibi excusationes in peccatis fingentes, inter pocula fateri solent quia Geraldus carnibus vescebatur, et sanctus est, sua professio manifeste revincit. Nam laico homini multa licent quae monacho non licent. Damnatus est Adam, non quod in paradiso mala arbor esset, sed ideo quod interdicto praesumpsit. Geraldus quippe licenter suo ordini concessis utebatur, quoniam et ab illicitis abstinebat, et cum pauperibus vescebatur. Noverat enim vinum ad sobrietatem creatum. Nam et Elias carne pastus est, et dignus fuit in paradiso transferri. Per concupiscentiam tamen, quae nonnullos instigat, Esau primogenita sua lentis edulio perdidit. Igitur alia res est Geraldi, alia istorum. At vero illi qui delirant, quod nec martyr, nec confessor valeat dici, sciant quod utrumque dici possit, non solum ille, sed etiam omnis, qui ut vitiis resistendo crucem portat, vel bona gerendo Deum glorificat. Deus equidem factis confitetur, testante Joanne: In hoc scimus quia cognoscimus eum, si mandata ejus observamus; factis quoque negatur, sicut Apostolus ait de quibusdam: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Cum igitur confessor a confitendo vocetur, Deus autem factis aut negatur aut confitetur: Geraldus tanto rectius confessor dici potest, quanto justioribus factis Deum est confessus. Qui vero Judaizantes signa quaerunt, quid faciunt de Joanne Baptista, qui post nativitatem suam nullum signum legitur edidisse? Nam de isto licet miracula non omnimodis desint, id unum respondemus, quia dum non speravit in pecunia et thesauris, fecit, ut scriptum est, mirabilia in vita sua.

Prefacio al libro segundo

A quienes disputan temerariamente sobre los méritos del señor Geraldo puede bastarles considerar y examinar la calidad de su vida. Pues, como sentados en un tribunal, deciden si debe ser santo o no; siendo así que esto está sujeto al juicio divino, por el cual muchas veces se obran señales incluso por medio de réprobos para provecho de los buenos. Bástenles, pues, el testimonio de los milagros que Cristo se digna obrar por él, tanto mientras vivía como después de su muerte. En cuanto a los que se glorían diciendo que Geraldo fue poderoso y es santo, les aconsejamos que no se aplaudan por ello, porque, si no son pobres de espíritu (Mt 5,3) y, como él, no sazonan su poder con la religión, su casa no podrá ser humilde. Antes bien, comparados con él quedarán convictos de que pudieron vivir justamente del mismo modo, pero no quisieron; y a los comilones y bebedores —por hablar de algunos que profesan la vida religiosa—, que, fingiéndose excusas para sus pecados, suelen decir entre copas que Geraldo comía carne y es santo, su propia profesión los convence manifiestamente. Pues al laico le son lícitas muchas cosas que no le son lícitas al monje. Adán fue condenado no porque el árbol del paraíso fuera malo, sino porque obró con presunción contra la prohibición. Geraldo, en efecto, usaba lícitamente lo concedido a su estado, pues se abstenía de lo ilícito y comía con los pobres. Sabía, en efecto, que el vino fue creado para la sobriedad. Pues también Elías fue alimentado con carne, y fue digno de ser trasladado al paraíso. Pero por la concupiscencia que instiga a algunos, Esaú perdió su primogenitura por un plato de lentejas. Así pues, una cosa es lo de Geraldo y otra lo de estos. Y los que deliran diciendo que no se le puede llamar ni mártir ni confesor sepan que puede llamársele ambas cosas, y no solo a él, sino a todo el que, resistiendo a los vicios, lleva la cruz, o glorifica a Dios obrando el bien. Dios, en efecto, es confesado con hechos, como atestigua Juan: En esto sabemos que lo conocemos: si guardamos sus mandamientos (1 Jn 2,3); y también con hechos es negado, como dice el Apóstol de algunos: Profesan conocer a Dios, pero con los hechos lo niegan (Tit 1,16). Así pues, como el confesor recibe su nombre de confesar, y Dios es negado o confesado con hechos, Geraldo puede llamarse confesor con tanta más razón cuanto más justos fueron los hechos con que confesó a Dios. Y los que, a la manera de los judíos, buscan señales, ¿qué hacen de Juan Bautista, de quien no se lee que hiciera ninguna señal después de su nacimiento? Pues aunque en este no faltan en absoluto milagros, respondemos solo esto: que, como no puso su esperanza en el dinero ni en los tesoros, hizo maravillas en su vida, como está escrito (Eclo 31,8-9).

Liber secundus

I.

Athleta coelestis militiae dudum in palestra mundanae conversationis agonizans, cuneos vitiorum viriliter debellavit. Tum vero verbum vitae continens in medio nationis pravae, quasi quaedam lucerna refulgebat. Et quoniam oportebat ut in abscondito tempestatis probaretur, malignus hostis hanc lucernam quantis poterat fraudibus, tam per se quam per satellites suos effocare tentabat. Sed nimirum sicut flamma flatibus agitata solet validius accendi, sic divini amoris igniculus, qui in pectore Geraldi a puero incaluit, nullo tentationis imbre valebat exstingui. Quin potius, maturescente jam aetate, quibuslibet vitiis paulatim compressis, quotidie seipso robustior virtutibus succrescebat. Jam in corde suo quasdam ascensiones disponebat, jam super altitudines terrae, juxta illud propheticum, eminebat. Cerneres auroram sanctitatis ejus in diem festum clarescere, cerneres lilium inter spinas crevisse, et quo vicinior maturitate fiebat, eo repansos virtutum flores diffusius expandisse. Ergo sicut in rerum vertice situs, in illa beatitudine superna mentis affectum defixerat. Et quoniam per coeleste desiderium intima lux illum irradiabat, mundanae concupiscentiae tenebras dijudicare valebat. An non tenebras dixerim terrenam concupiscentiam, per quam mundi amatores caecantur, ut diligant vanitatem? Sed Geraldus didicerat pretiosum separare a vili, et valde indignum ducebat terram lingere, qui vocatum se noverat ad coenam coelestis Agni. Super eos magis dolebat, qui per amicitiam mundi inimici Dei constituuntur. Et postquam gustaverat quam dulcis est Dominus, dedignabatur aquas furtivas, quae dulciores sunt, allambere. Plangebat eos potius qui, juxta beatum Job, cum clamore currunt rodere radicem juniperi, id est, cupiditatem punctionibus plenam. Mundialem itaque potentiam, quae sibi affatim suppetebat, mentis despectu calcaverat. Sed tamen, ut astuti est, cuncta ad utilitatem suam referre, cogitabat qualiter ea quae temporaliter possidebat, ita disponeret, ut ei perpetualiter profuissent.

II.

Igitur Gausbertum, venerabilem et laude dignum plane episcopum, cum aliis quibusdam honestis viris evocavit, et qua mentis cogitatione incitaretur, familiariter indicavit. Etenim domnus iste Gausbertus viro Dei charissimus erat, et pro communi sanctitate, mutuum sibi invicem contubernium praestabant. Exponit itaque praesentis vitae sibi inesse fastidium, et religionis habitum desiderare; Romam proficisci velle, et praedia sua beato Petro apostolorum principi jure testamentario delegare.

Libro segundo

I

El atleta de la milicia celestial, combatiendo largo tiempo en la palestra de la vida mundana, desbarató varonilmente las huestes de los vicios. Y entonces, manteniendo la palabra de vida en medio de una generación perversa (Flp 2,15-16), resplandecía como una lámpara. Y como convenía que fuera probado en lo oculto de la tempestad (Sal 81,8), el maligno enemigo intentaba sofocar esta lámpara con cuantos engaños podía, tanto por sí mismo como por sus secuaces. Pero, así como la llama agitada por los vientos suele encenderse con más fuerza, así la chispa del amor divino, que ardía en el pecho de Geraldo desde niño, no podía ser apagada por ninguna lluvia de tentación. Antes bien, al madurar ya su edad, reprimidos poco a poco los vicios, crecía cada día en virtudes, más robusto que él mismo. Ya disponía en su corazón subidas (Sal 84,6); ya se elevaba, según aquello del profeta, sobre las alturas de la tierra (Is 58,14). Podías ver la aurora de su santidad aclararse en día de fiesta; podías ver el lirio crecido entre espinas (Cant 2,2), y cuanto más cerca estaba de la madurez, tanto más ampliamente desplegaba las flores abiertas de sus virtudes. Así pues, como situado en la cumbre de las cosas, había fijado el afecto de su alma en aquella bienaventuranza celestial. Y como, por el deseo celestial, una luz interior lo iluminaba, era capaz de discernir las tinieblas de la concupiscencia mundana. ¿No he de llamar tinieblas a la concupiscencia terrena, que ciega a los amadores del mundo para que amen la vanidad? Pero Geraldo había aprendido a separar lo precioso de lo vil (Jer 15,19), y tenía por cosa muy indigna lamer la tierra quien se sabía llamado a la cena del Cordero celestial (Ap 19,9). Se dolía más bien por los que, por la amistad del mundo, se constituyen enemigos de Dios (Sant 4,4). Y después de haber gustado cuán dulce es el Señor, se desdeñaba de lamer las aguas robadas, que son más dulces (Prov 9,17). Lloraba más bien por aquellos que, según el bienaventurado Job, corren con clamor a roer la raíz del enebro (Job 30,4), es decir, la codicia, llena de punzadas. Así pues, el poder mundano, que tenía en abundancia, lo había pisoteado con el desprecio de su alma. Pero, como es propio del astuto referirlo todo a su provecho, pensaba cómo disponer de lo que poseía temporalmente de modo que le aprovechara perpetuamente.

II

Así pues, llamó a Gausberto, venerable obispo y en verdad digno de alabanza, junto con algunos otros hombres honrados, y les manifestó con confianza qué pensamiento lo movía. Pues este señor Gausberto era muy querido del varón de Dios, y por su común santidad se procuraban mutuamente un trato estrecho. Expone, pues, que siente hastío de la vida presente y desea el hábito religioso; que quiere ir a Roma y legar por testamento sus haciendas al bienaventurado Pedro, príncipe de los apóstoles.

Cumque de hoc diu tractatum esset, vir Domini Gaus bertus altiori consilio causam inspiciens, tandem suasit in saeculari habitu sese specie tenus, pro communi salute provincialium retineret, res vero sicut vellet, beato Petro dicaret. At ille ne suae definitioni pertinacius inhaerens, inobedienter egisse videretur, assensus est. Memor tamen Apostoli dicentis, quia Judaeus qui confitens interpretatur, majus et melius in absconditio fiat, quam in palam, ita attonsus est ut hoc hominibus lateret, superno autem inspectori manifestum esset. Barbam sibi equidem cum novacula mutilavit, quam ad modum coronae, per caput suum ducens, de capillis quoque partem recidebat. Ut autem hoc penitus celaretur, quosdam ex cubiculariis, qui id noverant, sacramento constrinxit, ut quandiu viveret, nulla hoc ratione prodidissent. Denique per hoc sui factum, videtur duplicem sibi remunerationem conquisisse. Hinc etenim Dominica dilectione flagrans, conversionis opus Deo exhibuit; illinc amore proximorum plenus, se pro illorum utilitate in habitu, quem nollet, invitum stare coegit. Nam quale genus conversationis Deo poterat gratiosius exhibere, quam istud, in quo neque commune solatium negligeret, nec sibi quidquam de conversationis perfectione minueret? Quae nimirum conversatio tanto pretiosior exstitit, quanto et multis utilior, et soli Deo cognita fuit? Qui, ut scriptum est, consilium ejus direxit, ut quamvis Liae eum connubium subire fecerit, Rachelis tamen cupitis amplexibus non privaret.

III.

Ad celandam plane sui tonsuram facile reperit argumentum. Barbam quippe veluti onerosam recidebat, et quoniam ab occipitio capilli defluxerant; celabat in vertice coronam, quam, et tiaram jugiter ferens cooperiebat. Vestimentis autem pelliceis super vestibus lineis utebatur, quia genus istud indumenti solent clerici vicissim et laici in usum habere. Duas tamen pelliceas nunquam simul habebat. Sed cum novam necesse esset afferri, jubebat protinus vetustam dari. Ensis plane, cum equitaret, a quolibet solebat ante eum ferri, quem tamen ipse nunquam sua manu tangebat. Siquidem de balteo vel cinguli apparatu jamdudum crucem auream praeceperat fabricari. Sedere autem super phaleratum equum nunquam solebat. In his et hujusmodi satis apparebat quantopere mediocritati studens, suae potentiae cumulum despexerat.

IV.

Y después de tratarlo largamente, el varón del Señor Gausberto, examinando la causa con más alto consejo, le persuadió al fin a que conservara el hábito seglar en apariencia, por el bien común de los habitantes de la provincia, pero que dedicara sus bienes a san Pedro como quería. Y él, para que no pareciera que obraba con desobediencia aferrándose con demasiada obstinación a su propósito, consintió. Pero, acordándose del Apóstol, que dice que el judío, nombre que se interpreta «el que confiesa», lo es mayor y mejor en lo oculto que en público (Rom 2,29), se tonsuró de tal modo que quedara oculto a los hombres, pero manifiesto al que mira desde lo alto. Se rasuró la barba con navaja y, pasándola en forma de corona por la cabeza, se cortó también parte del cabello. Y para que esto quedara del todo oculto, obligó con juramento a algunos de sus camareros que lo sabían a no descubrirlo de ningún modo mientras viviera. En fin, con este hecho parece haberse ganado una doble recompensa. Pues, por una parte, ardiendo en amor al Señor, ofreció a Dios la obra de la conversión; por otra, lleno de amor al prójimo, se obligó a permanecer contra su voluntad, para provecho de ellos, en un hábito que no quería. Pues ¿qué género de vida podía ofrecer a Dios más grato que este, en el que ni descuidaba el bien común ni se restaba nada de la perfección de su conversión? ¿Y no fue este modo de vida tanto más precioso cuanto más útil fue para muchos y más conocido solo por Dios? Pues Dios, como está escrito, dirigió su consejo, de modo que, aunque le hizo contraer matrimonio con Lía, no lo privó de los deseados abrazos de Raquel.

III

Para ocultar su tonsura halló con facilidad un recurso. Se cortaba la barba, como si le molestara; y como el cabello se le había caído de la nuca, ocultaba en la coronilla la corona, cubriéndola con un gorro que llevaba siempre. Llevaba ropas de piel sobre sus vestidos de lino, porque esa clase de prenda suelen usarla tanto clérigos como laicos. Pero nunca tenía dos pellizas a la vez. Sino que, cuando era necesario traer una nueva, mandaba dar enseguida la vieja. Cuando cabalgaba, alguien solía llevar delante de él la espada, que él, sin embargo, nunca tocaba con su mano. Pues hacía tiempo que había mandado hacer una cruz de oro con el tahalí y los adornos de su cinturón. Nunca solía montar un caballo enjaezado. En estas y otras cosas semejantes se veía bien cuánto había despreciado el colmo de su poder, procurando la moderación.

IV

Postquam itaque divino cultui sese mancipavit per omnia, ut sua quoque Domino consecraret, Romam profectus est, et Aureliacum insigne praedium beato Petro apostolorum principi, facto solemniter testamento, delegavit, cum tantis videlicet appenditiis, quae monachis, quos ibidem congregare disposuerat, ad omne stipendium sufficere possent. Ardebat namque mens illius coenobialem illic habitationem stabilire, quo coenobitae cum sui ordinis abbate communem ducerent vitam. Censum quoque delegavit, qui ad urnam beati Petri annuatim redderetur. Itaque, ut animo ferventi conceperat, juxta condictum profectus est, et quod decreverat, Deo prosperante, peregit. Reversus autem lapidicinos et mactiones undecunque jussit aggregari, et ad construendam in honore beati Petri ecclesiam fundamentum praecepit aperiri. Sed Satanas, omnium bonorum invidus, nescio qua arte providentiam fefellit magistrorum. Fundamentum namque infirmiter locaverunt, et cum jam in expensa grandis nummorum summa esset profligata, parietesque nihilominus in altum porrecti, quadraminum compages subito dissutae corruerunt. Nec tamen vir iste nimis ob hoc contristatus est. Non enim, ut scriptum est, contristat justum quidquid ei acciderit. Vere confisus quoniam licet opus illud sub hac occasione retardaretur, merces tamen perditi operis nequaquam periret. Videns quod Dei judicio permissum sit ut haec jactura fieret, hoc tamen usitatum pene in omni actione semper est, ut quidquid placidius Deo exhibetur, difficilius peragatur. Et certe in rerum natura quod citius augmentum capit, citius ad defectum vergit: quod vero difficulter, diuturnius persistit.

V.

Quadragesimale tempus advenerat, cum in construendis aedificiis aer jam clementior arridebat. Geraldus quodam mane, consuetis orationibus expletis, exiit ab oppido quod eidem loco imminet. Paululum jam progressus, coepit visibus huc illucque porrectis considerare ubinam posset aptius ecclesiae fabrica fundari. Tandem elegit locum divina dispositione jam praescitum. Jubet igitur artifices rursus adesse, studium recalere, opus intermissum aperiri, coepto operi sagaciter instare, ecclesiam competenti granditudine, et arcuato schemate fabricare, quam pater ejus dudum in honore sancti Clementis construxerat. Nam, ut praedixeramus, isdem pater ejus religiosus fuit, utpote qui de pro sapia religiosorum descenderat.

VI.

Así pues, después de haberse entregado en todo al culto divino, para consagrar también sus bienes al Señor, partió para Roma y, hecho solemnemente el testamento, legó al bienaventurado Pedro, príncipe de los apóstoles, su insigne hacienda de Aurillac, con tantas dependencias que pudieran bastar para todo el sustento de los monjes que había dispuesto reunir allí. Pues su alma ardía en deseos de establecer allí una morada cenobítica, donde los monjes llevaran vida común con un abad de su orden. Asignó también un censo que se pagara cada año a la urna del bienaventurado Pedro. Así pues, como lo había concebido en su ánimo ferviente, partió según lo convenido y, con la ayuda de Dios, llevó a cabo lo que había decidido. A su regreso mandó reunir canteros y albañiles de todas partes, y ordenó abrir los cimientos para construir una iglesia en honor de san Pedro. Pero Satanás, envidioso de todo bien, con no sé qué arte engañó la previsión de los maestros de obras. Pues asentaron mal los cimientos, y cuando ya se había gastado una gran suma de dinero y los muros se alzaban a buena altura, las junturas de los sillares se deshicieron de repente y se derrumbaron. Pero este varón no se entristeció demasiado por ello. Pues, como está escrito, no entristecerá al justo nada de lo que le suceda (Prov 12,21). Confiaba de veras en que, aunque aquella obra se retrasara por este motivo, la recompensa de la obra perdida no se perdería en modo alguno. Veía que por juicio de Dios se había permitido que ocurriera esta pérdida; y, en efecto, casi siempre sucede en toda empresa que lo que se ofrece a Dios con más agrado se lleva a cabo con más dificultad. Y ciertamente en la naturaleza de las cosas, lo que crece pronto pronto decae; pero lo que crece con dificultad dura más.

V

Había llegado la Cuaresma, cuando un aire ya más templado sonreía a la construcción de edificios. Una mañana, terminadas sus oraciones acostumbradas, Geraldo salió de la plaza que domina aquel lugar. Avanzando un poco, comenzó a considerar, dirigiendo la mirada a uno y otro lado, dónde podría fundarse con más acierto la fábrica de la iglesia. Al fin eligió un lugar ya previsto por disposición divina. Manda, pues, que vuelvan los artífices, que se reavive el empeño, que se reabra la obra interrumpida, que se prosiga con habilidad lo comenzado y que se fabrique con un tamaño conveniente y en forma abovedada la iglesia que su padre había construido antaño en honor de san Clemente. Pues, como dijimos antes, su padre fue hombre religioso, como descendiente de un linaje de hombres religiosos.

VI

Dum vero domus fabricam continuaret, animo semper volvebat qualiter posset reperire monachos qui bene morati essent, et locum sub regulari proposito incolere potuissent. Sed cum reperiendi raritas difficultatem intulisset, anxiabatur ille, et quidnam faceret nesciebat. Tum vero nobiles quosdam pueros ad Vabrense coenobium direxit. Nam tunc regularis observantiae fervor incalescebat, ut scilicet apud fraternitatem illam sub norma regulari iidem pueri imbuerentur. E quibus nunc usque superest unus, qui eodem beato Geraldo quae describimus, visa narrat, et manu scribit. Porro cum iidem pueri reverti juberentur, quia magistri defuerunt, mox puellari mollitia resoluti, rigorem disciplinae neglexerunt. Et ita contigit, ut res ad effectum non veniret: unum tamen eorum necessitate ductus caeteris praefecit. Sed cum ille dissolute viveret, vir Domini vehementer afficiebatur, quia illum corrigere non valebat, neque alium habere, quem loco illius subrogare posset. Cum ergo vel illum, vel complices ejus, corruptae vitae tramitem incedere vidisset, illud Davidicum, profunde suspirans, dicebat. O Domine, dissipa consilium Achitophel.

VII.

Nonnunquam vero in vocem plangoris erumpens super homines quos ad malum proclives videbat, pertaesus ingemiscebat, quasi querimoniam faciens, quod iidem homines pro amore mundi perirent, quod pietas deficeret, quod iniquitas inundaret, quod pene jam universi amitterent a corde innocentiam, ab ore veritatem. Nolebat autem jurgiis eorum se immiscere, sed orabat ut Deus omnipotens pacificaret omnes, praecipiens missarum solemnia celebrari, illud Ezechiae frequentius iterans: O Domine, fiat tantum pax et veritas in diebus meis; et illud: O quantum deficit sanctus! o quantum diminutae sunt veritates a filiis hominum!

VIII.

Desiderium sane quo ad coelestia flagrans terrena despexerat ita se posse consolari sperabat, si socios ejusdem sui desiderii reperisset. Proinde diu noctuque mens illius aestuabat, et de congregandis monachis affectum oblivisci non poterat, saepius cum domesticis et familiaribus inde colloquens. Tanto enim in id affectu agebatur, ut nonnunquam exclamaret: O si quis mihi daret ut sub tali pacto religiosos monachos invenirem! quo ego illis cuncta, quae possideo dedissem, et deinceps mendicando vitam hanc exegissem! Ad hoc enim pactum ineundum nihil prorsus morarer.

Mientras continuaba la fábrica de la casa, daba siempre vueltas en su ánimo a cómo podría encontrar monjes de buenas costumbres que pudieran habitar el lugar bajo la observancia regular. Pero como la escasez de ellos hacía difícil encontrarlos, se angustiaba y no sabía qué hacer. Entonces envió a unos muchachos nobles al monasterio de Vabres. Pues allí se encendía entonces el fervor de la observancia regular, para que en aquella comunidad estos muchachos fueran formados bajo la norma de la regla. De ellos sobrevive todavía uno, que cuenta lo que vio junto al bienaventurado Geraldo, lo que estamos describiendo, y lo escribe de su mano. Pero cuando se mandó volver a estos muchachos, como les faltaron maestros, relajados pronto por una blandura de muchachas, descuidaron el rigor de la disciplina. Y así sucedió que la empresa no llegó a efecto; con todo, forzado por la necesidad, puso a uno de ellos al frente de los demás. Pero como este vivía disolutamente, el varón del Señor se afligía mucho, porque no podía corregirlo ni tenía a otro a quien poner en su lugar. Así, cuando lo veía a él o a sus cómplices andar por el camino de una vida corrompida, decía, suspirando profundamente, aquello de David: Oh Señor, desbarata el consejo de Ajitofel (2 Sam 15,34).

VII

Algunas veces, también, prorrumpiendo en voz de llanto por los hombres que veía inclinados al mal, gemía hastiado, como quejándose de que esos hombres perecieran por amor del mundo, de que la piedad desfalleciera, de que la iniquidad se desbordara, de que casi todos perdieran ya la inocencia del corazón y la verdad de los labios. Pero no quería mezclarse en sus contiendas, sino que rogaba que Dios omnipotente los pacificara a todos, mandando celebrar la solemnidad de la misa y repitiendo a menudo aquello de Ezequías: Oh Señor, haya solamente paz y verdad en mis días (Is 39,8); y aquello otro: ¡Oh, cómo falta el santo! ¡Oh, cómo han menguado las verdades entre los hijos de los hombres! (Sal 12,2).

VIII

Ardiendo por las cosas celestiales, había despreciado las terrenas, y esperaba que su deseo pudiera consolarse si encontraba compañeros de ese mismo deseo. Por eso su alma se agitaba día y noche, y no podía olvidar el afán de reunir monjes, hablando de ello a menudo con los de su casa y sus allegados. Pues lo movía a ello un afecto tan grande que a veces exclamaba: «¡Oh, si alguien me concediera encontrar monjes religiosos con esta condición! ¡Les daría todo lo que poseo y pasaría en adelante esta vida mendigando! Pues no tardaría nada en aceptar ese trato».

Cum itidem aliquando familiares ei respondissent, dicentes: Nonne plures monachi in his regionibus reperiuntur, e quibus ad votum congregare potestis? At ille fortem nimis sententiam proferens: Si, inquit, monachi perfecti sunt, beatis angelis assimilantur: sin vero ad saeculare desiderium revertuntur, apostaticis angelis, qui suum domicilium non servaverunt, per suam utique apostasiam, jure comparantur. Fateor enim vobis, quoniam incomparabiliter melior est bonus laicus quam sui propositi transgressor monachus. Cumque ei subjunxissent: Quid ergo tanta beneficia, non solum vicinis, sed etiam longinquis coenobitis praestare consuevistis? At ille consueta humilitate facta sua despiciens: Ego, inquit, nihil facio. Si tamen, ut dicitis, aliquid facerem, certus sum quia verus est promissor qui calicem aquae frigidae pro suo nomine datum remunerare promisit. Viderint ipsi quales in oculis Dei sunt. Certe verum est, quia qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet. Porro in his, et hujusmodi verbis ejus apparet, quod vitae praesentis delectationem fastidiret, quod coelesti desiderio flagraret, quod omnia sua relincuere vellet, si non defuissent quibus ea rationabiliter tradidisset. Verum est illud vulgare proverbium, quia voluntas pro opere computatur. Unde et ille qui fratrem odit, homicida esse perhibetur. Et Joannes Evangelista passionis calicem bibit, cum tamen in pace quievit. Si ergo voluntas pro opere computatur, nequaquam Geraldus abrenuntiatorum mercede privatur.

IX.

Invitus itaque tenebatur in saeculo. Et quamvis deessent socii cum quibus eidem saeculo abrenuntiaret, mirum tamen in modum in Dei opere totum se occupabat. Tantopere enim lectionibus audiendis, et vicissim orationibus, nunc cum aliis, nunc semotim erat intentus, ut mirum sit quomodo vel tantum studium in his habere potuerit, vel tantam psalmorum summam semper explere voluerit. Praesertim cum alias occupationes interdum expedisset. Non enim erat obstinatus, ut causis necessariis se nimium obsentaret: sed his pro opportunitate paululum intentus, mox ad degustatam psalmodiae dulcedinem sese concitus recolligebat. Quam reverenter sane in ecclesia staret, non satis referri potest, sed putares illum quasi divinum aliquid contemplari, atque illud propheticum attonito vultu imitari. Vivit Dominus, in cujus conspectu sto. Nam ut hoc sub exemplo pateat, festivus dies Dominicae Ascensionis advenerat, cum quidem ille Sollemniaco monasterio, ut est juris solemnis, celebraturus accucurrit.

Asimismo, como una vez le respondieran sus allegados diciendo: «¿No se encuentran en estas regiones muchos monjes, de entre los cuales podríais reunir a vuestro gusto?», él pronunció una sentencia muy fuerte: «Si los monjes son perfectos —dijo—, se asemejan a los santos ángeles; pero si vuelven al deseo del siglo, con razón se los compara, por su apostasía, con los ángeles apóstatas, que no guardaron su morada (Jds 6). Pues os confieso que un buen laico es incomparablemente mejor que un monje transgresor de su propósito». Y cuando le replicaron: «¿Por qué, entonces, acostumbráis hacer tantos beneficios a los monjes no solo vecinos, sino también lejanos?», él, despreciando sus obras con su acostumbrada humildad, dijo: «Yo no hago nada. Pero si, como decís, hiciera algo, estoy seguro de que es veraz el que prometió recompensar un vaso de agua fresca dado en su nombre (Mt 10,42). Vean ellos cómo son a los ojos de Dios. Ciertamente es verdad que quien recibe a un justo por ser justo recibirá recompensa de justo (Mt 10,41)». En estas y otras palabras semejantes suyas se ve que sentía hastío del deleite de la vida presente, que ardía en deseo celestial y que habría querido dejar todos sus bienes si no le hubieran faltado aquellos a quienes entregarlos razonablemente. Verdadero es el proverbio popular según el cual la voluntad se cuenta por la obra. Por eso también el que odia a su hermano es llamado homicida (1 Jn 3,15). Y Juan Evangelista bebió el cáliz de la pasión, aunque murió en paz. Si, pues, la voluntad se cuenta por la obra, de ningún modo queda Geraldo privado de la recompensa de los que renuncian a todo.

IX

Así pues, permanecía retenido en el siglo contra su voluntad. Y aunque le faltaban compañeros con quienes renunciar a ese mismo siglo, se entregaba, sin embargo, de modo admirable y por entero a la obra de Dios. Pues estaba tan atento a escuchar lecturas y, alternándolas, a las oraciones, unas veces con otros, otras a solas, que es de admirar cómo pudo poner tanto empeño en ello, o cómo quiso cumplir siempre tan gran número de salmos. Sobre todo porque a veces tenía que despachar también otros asuntos. Pues no era tan obstinado que se apartara demasiado de los asuntos necesarios; sino que, después de atenderlos un poco según la ocasión, pronto se recogía presuroso a la dulzura de la salmodia que había gustado. Con cuánta reverencia estaba en la iglesia no puede referirse suficientemente; habrías pensado que contemplaba algo divino y que imitaba con rostro absorto aquello del profeta: Vive el Señor, en cuya presencia estoy (1 Re 17,1). Para que esto se vea con un ejemplo: había llegado el día festivo de la Ascensión del Señor, y él acudió presuroso al monasterio de Solignac para celebrarla como corresponde a la solemnidad.

Non enim patiebatur, tantae festivitatis officium, nisi festive [infestive] recenseri, neque, ut plerisque mos est, cursum celebrando decurtari. Cum igitur illuc venissent monachi, sicut tantae ac tali personae conveniebat, ei sedile et reclinatorium ornamentis constratum paraverunt. Ad quod cum ille post gyrata oratoria divertisset, fratres solemnizare coeperunt officium, ut moris est, in longum protelantes. Senior vero donec impletum esset, ita suspensus in contemplatione stetit, ut nec sederet, nec vel paululum in antipodium recubaret, ipsa corporis immobilitate mentis devotionem et constantiam demonstrans. At nos non ita, qui faciem Dei, velut in abscondito orantes, pomposa voce magis, quam simplici corde divinas laudes proferimus. Et cum debeat voci mentis intelligentia convenire, nos facimus currere vocem post levitatem mentis. Geraldus vero apostolicum illud recogitans: Deo autem manifesti sumus, sic se agebat, tanquam in conspectu judicis cuncta cernentis.

X.

Ut autem divina dignatio coram hominibus eum glorificaret: qui Deum in exsequendis mandatis ejus coram discolis glorificabat, licet instante jam tempore Antichristi miracula sanctorum cessare debeant, memor tamen suae promissionis, qua dicitur: Qui glorificant me, glorificabo eos, hunc famulum suum per quamdam curationis gratiam glorificare dignatus est. Quod genus curationis tale fuit, ut quamvis per humilitatem imponere manum infirmis refugeret, eis tamen frequenter et absens, et nolens subveniret. Aquam nempe, de qua manus abluere solitus erat, infirmi solebant furari, et plerique sanabantur. Quod licet ut magis credibile videatur, personas quasdam commemorari placet. Nam rusticanus quidam juxta Sollemniacum monasterium habebat filium caecum, qui diutius ingemiscens, quod eum caecitas et paupertas pariter opprimeret, monitus est per visum quatenus ad domnum Geraldum pergeret, et aqua, unde manus ejus ablutae fuissent, oculos filii sui superfudisset. Credidit homo visioni, et quid somniaverat veniens indicavit. Quo senior audito, mente consternatus intremuit, ac praesumere id refugiens, dixit illusionem fuisse, quae et illum deciperet, et illum decipere vellet, ut inconcessa tentaret: errare hominem inani spe talia postulantem. Ingemuit pater, quem filii caecitas anxiabat, et intelligens quod vir Domini causa humilitatis nequaquam acquiesceret, abire se simulans, ab uno de servitoribus aquam impetravit. Qui domum rediens, exstincta filii lumina, nomen Christi invocans, abluit, et ille lumen recepit. Quod factum aliud quoddam opus secutum est.

Pues no consentía que el oficio de tan gran festividad se recitara sino festivamente, ni que, como acostumbran muchos, se abreviara el curso al celebrarlo. Así pues, cuando llegaron allí, los monjes, como convenía a persona tan grande y de tal valía, le prepararon un asiento y un reclinatorio cubiertos de ornamentos. Cuando él se dirigió allí después de recorrer los oratorios, los hermanos comenzaron a celebrar solemnemente el oficio, alargándolo, como es costumbre. Pero el señor, hasta que se concluyó, permaneció de pie tan suspendido en la contemplación que ni se sentó ni se recostó siquiera un poco sobre el apoyo, mostrando con la misma inmovilidad del cuerpo la devoción y la firmeza de su alma. Pero nosotros no somos así: orando ante el rostro de Dios como en lo escondido, proferimos las alabanzas divinas más con voz pomposa que con corazón sencillo. Y aunque la inteligencia del alma debe concordar con la voz, nosotros hacemos correr la voz tras la ligereza del alma. Geraldo, en cambio, meditando aquello del Apóstol: Pero para Dios estamos manifiestos (2 Cor 5,11), se comportaba como en presencia de un juez que lo ve todo.

X

Y para que la dignación divina glorificara delante de los hombres a quien glorificaba a Dios delante de los díscolos cumpliendo sus mandamientos, Dios, aunque, inminente ya el tiempo del Anticristo, deban cesar los milagros de los santos, acordándose, sin embargo, de su promesa, en la que se dice: A los que me glorifican, los glorificaré (1 Sam 2,30), se dignó glorificar a este siervo suyo con cierta gracia de curación. Esta clase de curación fue tal que, aunque por humildad rehuía imponer la mano a los enfermos, con frecuencia los socorría, sin embargo, ausente y sin quererlo. En efecto, los enfermos solían robar el agua con que él acostumbraba lavarse las manos, y muchos sanaban. Y para que esto parezca más creíble, conviene mencionar a algunas personas. Pues cierto campesino de junto al monasterio de Solignac tenía un hijo ciego; y después de lamentarse largo tiempo de que la ceguera y la pobreza lo oprimían a la vez, fue advertido en una visión de que fuera al señor Geraldo y derramara sobre los ojos de su hijo el agua con que se hubieran lavado sus manos. El hombre creyó en la visión y, llegándose, contó lo que había soñado. Al oírlo, el señor se estremeció, consternado en su ánimo, y, rehuyendo tal presunción, dijo que había sido una ilusión que engañaba a aquel hombre y que quería engañarlo también a él para que intentara lo que no le estaba concedido; que el hombre erraba al pedir tales cosas con vana esperanza. Gimió el padre, a quien angustiaba la ceguera de su hijo, y, comprendiendo que el varón del Señor, por humildad, de ningún modo accedería, fingió marcharse y obtuvo el agua de uno de los sirvientes. Al volver a casa, lavó los ojos apagados de su hijo invocando el nombre de Cristo, y el muchacho recobró la vista. A este hecho siguió otra obra.

XI.

Quidam puerulus apud Aureliacum claudus morabatur, qui fabro cuidam commendatus est, ut artem disceret, qua victitare valuisset. Cum interim somno commonitus est, ut aquam similiter expetisset, faber vero qui hanc impetrare debebat, sciens quod in hac re vir Domini nimis austerus esset, aquam non est ausus palam expetere, sed eam per ministros clam impetravit. Qui nimirum, ut inofficiosa membra de eadem aqua respersit, mox illa divina virtus in proprium officium reparavit. Quod videlicet factum cum fama paulatim spargeret, ad notitiam senioris tantumdem pervenit. At ille rei novitate perculsus, dicebat quod non suo merito, sed fide illorum qui aquam illam fabro dedissent, quod ei certatim celatum est; cumque datorem reperire non posset, vehementi interminatione commotus est, ne quispiam tale deinceps unquam praesumeret, asserens quia, si servus faceret, membris truncaretur; si vero liber, postea suus non esset. Nihil enim amplius timebat quam laudes. Et cum inimicis suis esset beneficus, laudatoribus tamen videbatur austerus.

XII.

Apud Postomium sui juris insignem alodum, quaedam mulier caeca de aqua manus illius lumen recepit. Quod apud omnes quidem divulgatum est, sed illi summo studio celabatur, maxime propter quemdam de servitoribus, qui aquam dederat mulieri. Non enim parvipendere sui poterant internecionem, quam pro hac re dudum comminatus fuerat, scientes quod impune non cederet, si datorem deprehendisset.

XIII.

Item in capella quae est juxta villam quae dicitur Crucicula, demorabatur; cum equidem alia mulier, quae ex ancillis ejus erat, de aqua manus nihilominus illuminata est. Quo videlicet ille cognito, illum, qui aquam dederat, nomine Rabboldum, urgenter investigavit, et reperit, et mox a se rejecit. Post aliquantum vero tempus, quidam nobilis vir, nomine Ebbo, seniorem ratiocinando convenit, dicens, quia forte contra voluntatem Dei faceret, dum sub obtentu indiscretae humilitatis, indultam coelitus gratiam neglexisset, et eos, quibus prodesse poterat, in angustia dimisisset: satius esse gratiam, quae forte propter illos ei data fuerat, impendere eis quae

XI

Vivía en Aurillac un muchachito cojo, que fue encomendado a un herrero para que aprendiera un oficio con el que pudiera ganarse la vida. Entretanto, fue advertido en sueños de que pidiera igualmente el agua; pero el herrero, que debía conseguirla, sabiendo que en este asunto el varón del Señor era muy severo, no se atrevió a pedir el agua abiertamente, sino que la obtuvo a escondidas por medio de los sirvientes. Y en cuanto roció con esa agua los miembros inútiles, la virtud divina los restituyó enseguida a su propio oficio. Como la fama fue divulgando poco a poco este hecho, llegó también a conocimiento del señor. Pero él, sobrecogido por la novedad del caso, decía que no había ocurrido por mérito suyo, sino por la fe de los que habían dado aquella agua al herrero, cosa que todos a porfía le ocultaron; y como no podía encontrar al que la había dado, se movió a una vehemente amenaza: que nadie se atreviera nunca en adelante a cosa semejante, asegurando que, si lo hacía un siervo, sería mutilado, y si un hombre libre, dejaría de ser de los suyos. Pues nada temía más que las alabanzas. Y aunque era benévolo con sus enemigos, con quienes lo alababan se mostraba severo.

XII

En Postomia, insigne alodio de su propiedad, una mujer ciega recobró la vista con el agua de sus manos. Esto se divulgó entre todos, pero a él se le ocultaba con el mayor cuidado, sobre todo por causa de uno de los sirvientes, que había dado el agua a la mujer. Pues los suyos no podían tener en poco el castigo extremo con que había amenazado tiempo atrás por esta causa, sabiendo que no quedaría impune si descubría al que la había dado.

XIII

Asimismo, se hallaba en la capilla que está junto a la villa llamada Crucicula, cuando otra mujer, que era una de sus siervas, fue igualmente iluminada con el agua de sus manos. Al saberlo, buscó con empeño al que había dado el agua, llamado Rabboldo, lo encontró y enseguida lo apartó de sí. Algún tiempo después, un hombre noble llamado Ebbón fue a razonar con el señor, diciéndole que quizá obraba contra la voluntad de Dios al descuidar, so pretexto de una humildad indiscreta, la gracia otorgada desde el cielo, y al dejar en su angustia a aquellos a quienes podía ayudar; que era mejor emplear en ellos la gracia que quizá se le había dado por causa de ellos, y conceder a

necessitas exigit supplicantibus praestare: elationem non esse formidandam, cum laudis ille cupidus non esset: neque praesumptionem quidem, quoniam qui reposcerent opem, sese divinitus admonitos commemorassent: maxime, cum jam experimento probatum esset, quia beneficium sanitatis, quod a se quaesitum fuerat, ad effectum, licet ipso nesciente, jam non semel venisset. Et ille quidem hoc rationabiliter prosequebatur. Geraldus vero suspirans flebat, atque dicens, quia timeret quod diabolica fraus potius esset, quae sub occasione decipere vellet; et si quid aliquando boni fecisset, mercede ipsius boni privare perstruxisset. Tandem itaque vel precibus, vel ratione victus, abjectum recepit, et mulieri duodecim nummos dari jussit.

XIV.

Sciens vero quod status mentis hac alternatione melius custoditur, si interdum lectioni post orationem quisque intenderit; recitari coram se verba divina, ut supra diximus, faciebat. Unde et usum assumpsit, ut ad prandium ejus legeretur, nec omitteret hoc lector, etiamsi hospites adessent. Pro condescensione vero lectoren jubebat interdum subsistere, et ab his qui forte scirent, sensum lectionis inquirere. Cum quidem illi, quos interrogabat, precari solerent, ut ipse potius loqueretur, tandem diserte et scienter sicuti doctus, respondebat; ita tamen ut nec clericis verecundiam inferret. Discedentibus autem post refectionem quibusque ad sua, legebantur itidem coram eo ea maxime verba, quae superfuerant lectionibus in ecclesia recitatis. Dum vero lectioni intenderet, nullus eum facile pro causa qualibet interpellare praesumebat. Nam juxta illud Job, subditis erat tremendus, et lux vultus ejus non cadebat in terram. De sermonibus et confabulatione ejus mira commemoratio est. In his enim quae laeto animo loquebatur, valde gratissimus erat. Quae autem increpative proferebat, quasi stimuli videbantur, ut pene plus quam verba timerentur. In dando autem aliquid, multum erat morosus. At postquam semel dedisset, non auferebat. Si malae opinionis sacerdotem audisset, non tamen missae officium ab illo despiciebat, quia sciret illud sacrum mysterium non posse per hominem peccatorem deteriorari. Et cum in discernendis aliorum factis vel acutus pro merito causarum, vel dulcis esset, sua tamen opera vilipendebat. Quae nimirum tanto superno inspectori pretiosius commendabat, quanto haec apud se vilius aestimabat.

XV.

los que le suplicaban lo que su necesidad exigía; que no había que temer la soberbia, pues él no era codicioso de alabanza; ni tampoco la presunción, puesto que los que pedían ayuda declaraban haber sido advertidos por Dios; sobre todo, cuando ya estaba probado por experiencia que el beneficio de la salud que se le había pedido había llegado a efecto más de una vez, aun sin saberlo él. Y él, ciertamente, sostenía esto con razón. Pero Geraldo suspiraba y lloraba, diciendo que temía que fuera más bien un fraude diabólico, que quería engañarlo con este pretexto y había tramado privarlo de la recompensa de cualquier bien que hubiera hecho alguna vez. Al fin, pues, vencido por los ruegos o por la razón, volvió a recibir al que había despedido y mandó dar doce monedas a la mujer.

XIV

Sabiendo que el estado del alma se conserva mejor con esta alternancia, si uno se dedica de cuando en cuando a la lectura después de la oración, hacía leer en su presencia las palabras divinas, como dijimos más arriba. Por eso adoptó también la costumbre de que se leyera durante su comida, y el lector no debía omitirlo aunque hubiera huéspedes presentes. Por condescendencia, a veces mandaba detenerse al lector y preguntaba el sentido de la lectura a quienes quizá lo supieran. Y como aquellos a quienes preguntaba solían rogarle que hablara más bien él, al fin respondía con elocuencia y conocimiento, como hombre docto, pero de tal modo que ni siquiera avergonzaba a los clérigos. Y cuando, después de la comida, cada cual se retiraba a lo suyo, se leían igualmente ante él sobre todo los pasajes que habían quedado de las lecturas recitadas en la iglesia. Mientras estaba atento a la lectura, nadie se atrevía fácilmente a interrumpirlo por causa alguna. Pues, según aquello de Job, era temido por sus súbditos, y la luz de su rostro no caía a tierra (Job 29,24). De sus palabras y su conversación se cuentan cosas admirables. Pues en lo que hablaba con ánimo alegre era sumamente grato. Pero lo que profería en tono de reprensión parecía como aguijones, de modo que se temía casi como algo más que palabras. Al dar algo era muy pausado. Pero una vez que había dado, no lo quitaba. Si oía que un sacerdote tenía mala fama, no por eso despreciaba el oficio de la misa celebrado por él, porque sabía que aquel sagrado misterio no puede ser menoscabado por un hombre pecador. Y aunque al juzgar los hechos ajenos era agudo o dulce según el mérito de las causas, sus propias obras las tenía en poco. Y sin duda las encomendaba tanto más preciosas al que mira desde lo alto cuanto más viles las estimaba él mismo.

XV

Quoniam vero coeleste desiderium undatius, ut ita dicam, insumebat, os ejus ex abundantia cordis ita replebatur, ut pene jam in eodem ore semper lex Domini resonaret. Nam sacra quaedam verba sibi notaverat, quae corporalibus officiis convenire videbantur. Ut est illud, mane priusquam loqui inciperet, dicebat: Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiae labiis meis, et caetera hujusmodi quae ad singulos coaptabat, videlicet cum expergisceret, cum de lecto surgeret, cum caligas indueret, cum indumentum, vel cinctorium sumeret, sive certe cum iter, vel aliud quidlibet inciperet, ita ut secundum Apostoli dictum, omnia in nomine Domini facere videretur. Nonnunquam sane cum contigisset eum cum paucis, vel solum sedere, nescio quid diu tacens meditabatur, et lacrymis suffusus suspirium ab imo pectore, totum se concutiens, trahebat, ut facile quisquam posset advertere, quia mens ejus alio pendebat, et in praesenti consolationem non haberet. Tale erat ejus colloquium, tale silentium, ut os ejus annuntiaret laudem Domini, et meditatio cordis illius in conspectu ejus esset.

XVI.

Noverant autem sui, quod religionis habitum toto nisu cupiebat. Sed cum esset providus, considerans quia professores sublimis propositi, dum saeculi amore corrumpuntur, gravius ab alto ruunt, satius aestimavit sic stare, quam absque probatis cooperatoribus rem tam arduam attentare. Si igitur votum illius inspicias, monasticae professionis fidem Christo per devotionem servavit. Et laus valde eminens est, in habitu saeculari, religionis proposito deservire: sicut e contra nimis ignominiosum est, sub ejusdem religionis indumento saeculum quaesisse. Cum ergo vir iste non haberet fratres, ut praefati sumus, cum quibus bene et jocunditer habitaret in unum, vitae hujus incolatum taediose ferebat. Et sicut olim columba Noe, cum foris non invenisset ubi requiesceret, ad arcam, et ad ipsum Noe redibat: sic iste vir inter hujus saeculi fluctus, ad secretum cordis recurrens, in Christi delectatione quiescebat. Non, enim sicut corvus ille, morticino corporeae delectationis inhaeserat: quia renuebat anima ejus gloria praesentis vitae consolari, sed memor Dei sui, delectabatur; et ad secretum cordis, quasi ad arcam, recurrens, sub lingua sua exsultabat. Namque iniquitatem non sinebat diutius in corde suo aspicere, metuens ne forte eum Dominus exaudire nollet. Quin potius peccata, sine quibus humana conditio esse nequit, quae nobis leviora, illi vero videbantur gravia, ita semper prae oculis studebat agnoscere, ut remissionem impietatis cordis non ambigeret a Deo clementer percipere.

Y como absorbía el deseo celestial en oleadas más abundantes, por así decirlo, su boca se llenaba de tal modo de la abundancia del corazón (Mt 12,34) que casi siempre resonaba ya en ella la ley del Señor. Pues había señalado para sí ciertas palabras sagradas que parecían convenir a las acciones corporales. Como aquello que decía por la mañana antes de empezar a hablar: Pon, Señor, una guardia a mi boca, y una puerta en torno a mis labios (Sal 141,3), y otras palabras semejantes que acomodaba a cada acción, es decir, al despertar, al levantarse del lecho, al calzarse, al tomar el vestido o el cinturón, o bien al emprender un viaje o cualquier otra cosa, de modo que, según el dicho del Apóstol, parecía hacer todo en el nombre del Señor (Col 3,17). A veces, cuando le ocurría estar sentado con pocos o a solas, meditaba no sé qué en largo silencio, y, bañado en lágrimas, exhalaba un suspiro de lo hondo del pecho que lo estremecía todo, de modo que cualquiera podía advertir fácilmente que su alma estaba pendiente de otra parte y no hallaba consuelo en lo presente. Tal era su conversación, tal su silencio, que su boca anunciaba la alabanza del Señor (Sal 51,17), y la meditación de su corazón estaba en su presencia (Sal 19,15).

XVI

Los suyos sabían que deseaba con todas sus fuerzas el hábito religioso. Pero, como era prudente, considerando que quienes profesan un propósito sublime, cuando se corrompen por el amor del siglo, caen de lo alto con más grave caída, juzgó preferible permanecer así que intentar empresa tan ardua sin colaboradores probados. Si miras, pues, su deseo, guardó a Cristo por su devoción la fidelidad de la profesión monástica. Y es alabanza muy eminente servir al propósito religioso en hábito seglar, así como, por el contrario, es sumamente ignominioso haber buscado el siglo bajo la vestidura de esa misma religión. Como, pues, según dijimos antes, este varón no tenía hermanos con quienes habitar bien y gozosamente en unidad (Sal 133,1), soportaba con hastío el destierro de esta vida. Y así como en otro tiempo la paloma de Noé, al no encontrar fuera dónde posarse, volvía al arca y al mismo Noé, así este varón, entre las olas de este siglo, volviendo al secreto de su corazón, descansaba en el deleite de Cristo. Pues no se había adherido, como aquel cuervo, a la carroña del deleite corporal, ya que su alma rehusaba ser consolada con la gloria de la vida presente; antes bien, acordándose de su Dios, se deleitaba (Sal 77,3-4), y, volviendo al secreto de su corazón como a un arca, exultaba bajo su lengua. Pues no se permitía mirar la iniquidad en su corazón por mucho tiempo, temiendo que quizá el Señor no quisiera escucharlo (Sal 66,18). Antes bien, los pecados sin los cuales no puede existir la condición humana, que a nosotros nos parecen más bien leves, pero a él le parecían graves, se esforzaba siempre por reconocerlos ante sus ojos, de tal modo que no dudaba de recibir clementemente de Dios el perdón de la impiedad de su corazón.

Ob quod rex ejus et Dominus, viam ipsius in conspectu suo misericorditer dirigebat, et orationi vocis ejus benigniter intendebat. Tanto autem studio procurabatur ut semper juxta ecclesiam hospitaretur, ut per multorum annorum curricula praeter oratorium nulla nocte maneret, excepta una, quae natale Innocentium itineris contigit causa. Copia vero clericorum semper eum comitabatur, cum quibus in divino opere jugiter insudabat. Omnis autem apparatus ecclesiasticus ministerio necessario cum eo perinde ferebatur, cum quo divinae servitutis opus ingenti cura et reverentia, festivis diebus maxime gerebatur. Nocturno tempore cunctos in oratorio diutius praevenire solebat; quo expleto, solus remanere solitus erat. Et tunc temporis tanto dulcius, quanto et secretius, internae dulcedinis saporem degustabat. Quandoque autem laetus et alacer, vel ad stratum pro tempore, vel ad suos egrediebatur. Talem quippe vivendi modum conversatione sibi praefixerat, ut quisque sanum sapiens miraretur, quod in illo tanta coelestis gratia confluxisset. Hunc etiam conversandi modum in exteriori conversatione tenebat, ut ministri ejus notum haberent, qualiter in singulis anni temporibus conversaturus esset.

XVII.

Consuetudinem sibi fecerat ut Romam frequentius adiret. Fertur autem quod illic saepenumero profectus sit. Assertores tamen nostri de septem vicibus certi sunt. Nam, quia vis humanae naturae est, ut semper lumen velit aspicere, vir iste, cum esset spiritalis, illa duo mundi luminaria, Petrum scilicet et Paulum, spiritaliter ambiebat spectare. Et quoniam ipsos necdum volebat intueri, loculos eorum et templa saepius invisens, res suas eidem beato Petro delegavit. Hanc sibi legem praefixerat, ut secundo semper anno ad sepulcrum eorum recurreret, decemque solidos ad proprium collum dependentes, tanquam supplex servus, Domino suo quasi censum deferret. At vero quis digne explicet quam devote illud explebat? Tam beneficus erga indigentes erat, ut pene nullum pauperem, qui illic catervatim abundabant, ejus largitas praeteriret, ita se fidenter exaudiri confidens, si ipse clamantes pauperes audiret. Nam et contiguis viae monasteriis multa largiebatur. Ita vero fama tantae ejus benignitatis passim et ubique personuerat. Unde et monachi, et peregrini, necnon et egeni, qui et hospites ejus tempore quo Romei transire solent, sollicite requirebant, si comes Geraldus veniret, vel quando veniret. Ipsi quippe Marruci, rigentes videlicet Alpium incolae, nihil quaestuosius aestimabant, quam ut supellectilem Geraldi per juga montis Jovina transveherent.

XVIII.

Por eso su Rey y Señor dirigía misericordiosamente su camino en su presencia y atendía benignamente a la oración de su voz. Y se cuidaba con tanto empeño de hospedarse siempre junto a una iglesia, que en el curso de muchos años no pasó ninguna noche fuera de un oratorio, salvo una, en la fiesta de los Inocentes, que ocurrió por causa de un viaje. Siempre lo acompañaba buen número de clérigos, con quienes se afanaba sin cesar en la obra divina. Asimismo se llevaba con él todo el aparato eclesiástico necesario para el ministerio, con el cual se cumplía la obra del servicio divino con enorme cuidado y reverencia, sobre todo en los días de fiesta. De noche solía adelantarse largo rato a todos en el oratorio; y, terminado aquello, acostumbraba quedarse solo. Y entonces gustaba el sabor de la dulzura interior tanto más dulcemente cuanto más en secreto. Y luego, alegre y animoso, salía, ya a su lecho, según la hora, ya a los suyos. Pues se había fijado tal modo de vivir en su trato que cualquiera de sano juicio se admiraba de que en él hubiera confluido tanta gracia celestial. Este modo de vida lo guardaba también en su trato exterior, de modo que sus servidores sabían cómo había de comportarse en cada tiempo del año.

XVII

Se había hecho la costumbre de ir con frecuencia a Roma. Se cuenta que fue allí muchísimas veces. Nuestros informantes, sin embargo, están seguros de siete. Pues, como es propio de la naturaleza humana querer siempre contemplar la luz, este varón, siendo espiritual, ansiaba espiritualmente ver aquellas dos lumbreras del mundo, a saber, Pedro y Pablo. Y como todavía no aspiraba a contemplarlos en persona, visitaba con frecuencia sus sepulcros y templos, y legó sus bienes a ese mismo bienaventurado Pedro. Se había impuesto esta ley: volver cada dos años a su sepulcro y, como siervo suplicante, llevar a su Señor, a modo de censo, diez sueldos colgados de su propio cuello. Pero ¿quién podrá explicar dignamente con cuánta devoción lo cumplía? Era tan generoso con los necesitados que su largueza apenas pasaba por alto a ningún pobre de los muchos que allí abundaban en tropel, pues confiaba firmemente en ser escuchado si él escuchaba a los pobres que clamaban. Daba también mucho a los monasterios cercanos al camino. Y así la fama de su gran benignidad había resonado por todas partes. Por eso los monjes y los peregrinos, y también los necesitados y los que lo hospedaban, preguntaban con ansia, en la época en que suelen pasar los romeros, si venía el conde Geraldo o cuándo vendría. Los mismos marrucos, recios habitantes de los Alpes, no tenían nada por más lucrativo que transportar el equipaje de Geraldo por las cumbres del monte Jove.

XVIII

Carpebat quoque quadam vice hoc iter. Cum venisset autem ad civitatem nomine Astam, fur quidam duos ex ejus sagmariis subripuit. Veniens autem ad quemdam rivulum, cogere eos non potuit ut transirent, donec ab hominibus domni Geraldi comprehensus est. Receptis namque sagmariis, nil furem laesit.

XIX.

Quadam vice, cum illud iter excurreret, quemdam monachum nomine Aribertum ducebat secum, magnae scilicet abstinentiae virum. Hoc namque erat illi dulce contubernium, ut quoties religiosae vitae quempiam reperisset, in illo semper affectuosius delectabat. Factum est aliquando, ut deesset pulmentarium, quo abstemius ille cum pane vesceretur. Senior vero studiose requirit, an consuetum illi cibum ministri paravissent. Respondentibus illis quod nihil praeter panem haberent, anxiabatur ille, dicens: O quid nobis hodie contigit? Nos omnes plenam refectionem habemus, et iste Dei servus in attenuatione erit. Erat autem dies abstinentiae solutus. Tempus abluendi manus jam venerat, et Samuel, qui hoc praesens narrat, ad afferendam aquam cucurrit, cum forte reperit pisciculum in littore expositum, et palpitantem, qui ipso vidente de aqua exsilierat. Quo apprehenso laetus ad seniorem cucurrit: En, inquiens, Deus piscem hunc vobis transmittit; nam juxta aquam eumdem expositum reperi. At ille, Deo gratias respondit. Et interim dum coqueretur, tentorium ingressus genua flectit, et cum lacrymis aliquantisper oravit. Talis enim illi mos perpetuo inerat, ut nihil Christo praeponeret, verum potius per singula quaeque sibi scilicet accidentia illi gratias devote referret. Qui cum ab oratione surrexisset, laetus admodum omnibus constitit. Tum vero consedentibus ad mensam, comedit ille abstemius usque satis, et cum adhuc pars quaedam de pisce superesset, urgebat eum senior, dicens, ut quid, frater, modicum piscem, nihil aliud habiturus, comedere moraris? Cum ille se jam satiatum assereret, praegustavit senior, si forte bonus esset. Et optimi saporis eum esse reperiens, manducavit et ipse quantum satis fuit, et omnibus qui aderant particulas pro benedictione dedit. Cuncti gratias Deo retulerunt, munus divinum et in pisce reperto, et in hoc quod superabundaverat, cognoscentes. Fuerat enim semipedalis mensurae.

XX.

Una vez iba también haciendo este camino. Al llegar a la ciudad llamada Asti, un ladrón le robó dos de sus acémilas. Pero, al llegar a un arroyo, no pudo obligarlas a cruzarlo, hasta que fue apresado por los hombres del señor Geraldo. Y, recuperadas las acémilas, no hizo ningún daño al ladrón.

XIX

Una vez, cuando recorría aquel camino, llevaba consigo a un monje llamado Ariberto, varón de gran abstinencia. Pues era para él dulce compañía esta: cada vez que hallaba a alguien de vida religiosa, se deleitaba siempre en él con mayor afecto. Sucedió una vez que faltó el plato con que aquel varón abstinente solía comer su pan. El señor preguntó con solicitud si los criados le habían preparado su comida acostumbrada. Cuando le respondieron que no tenían nada más que pan, se angustió, diciendo: «¡Oh!, ¿qué nos ha pasado hoy? Todos nosotros tenemos comida abundante, y este siervo de Dios va a quedar con escasez». Era, además, un día libre de abstinencia. Había llegado ya la hora de lavarse las manos, y Samuel, que estuvo presente y lo cuenta, corrió a traer agua, cuando por casualidad encontró en la orilla un pececillo tendido y palpitante, que había saltado del agua a su vista. Lo cogió y corrió alegre al señor, diciendo: «Mirad, Dios os envía este pez; pues lo encontré tendido junto al agua». Y él respondió: «Gracias a Dios». Y entretanto, mientras se cocinaba, entró en la tienda, se arrodilló y oró un rato con lágrimas. Pues tal era siempre su costumbre: no anteponer nada a Cristo, sino más bien darle gracias con devoción por cada una de las cosas que le sucedían. Cuando se levantó de la oración, se presentó ante todos muy alegre. Luego, sentados a la mesa, aquel varón abstinente comió hasta saciarse; y como aún quedaba una parte del pez, el señor lo apremiaba, diciendo: «¿Por qué, hermano, tardas en comerte un pez tan pequeño, si no vas a tener otra cosa?». Como él aseguraba que ya estaba satisfecho, el señor lo probó, por ver si era bueno. Y, hallándolo de excelente sabor, comió también él cuanto le bastó, y dio pedacitos a todos los presentes como bendición. Todos dieron gracias a Dios, reconociendo un don divino tanto en el hallazgo del pez como en que hubiera sobrado. Pues medía apenas medio pie.

XX

Itidem cum Romam pergeret, et ad civitatem Tusciae, quae Luca vocatur, pervenisset, quaedam se mulier ei obviam ingessit, dicens: Visu commonitam se esse, quatenus filium ejus illuminaret. Quod cum ille audisset, exprobravit mulierem, et emisso mulo quem sedebat, concitus aufugit. Porro mulier quaerebat a quibus poterat, qualiter a Dei homine speratum beneficium impetrare posset. Cum forte quispiam de ministris ad mulierem dixit, quod de aqua manus ejus jam virtutes factae fuissent. At vero senior pro muliere sollicitior factus, quoties manus abluisset, mox aquam ante se fundi in terram faciebat. Mulier vero semper eum secuta est, donec ille jam fundi aquam minime curaret. Qua mulier tandem, ipso nesciente, impetrata, oculos caeci filii diluit, et ipse protinus ad lumen rediit. Cum ergo vir Domini ab urbe remeasset, videntem filium praedicta mulier eidem praesentavit. Et cum hoc factum omnes magnificarent, ille tacens et lacrymans ibat, nec illo audiente, quisquam de hoc vel hujusmodi quidquam referre audebat.

XXI.

Mirum quiddam, et forte incredibile dicam. Sed tamen duobus testibus id asserentibus credens, qui referunt, quod isdem vir Domini per illam viam ab Italia rediret qua Lugdunum a civitate Taurinensi venitur. Transierat jam Alpes, et quaedam loca nimis, ut fertur, inaquosa, itineris necessitate, subibant. Contigit autem ut et vinum in utribus deficeret. Et quia regio illa jamdudum a Sarracenis deserta est, cum aqua deesset nec vinum reperiri poterat, nimia siti coeperunt aestuare. Certabant autem si possibile esset illud spatium itineris velocius pertransire, sed pedites atque sagmarii deficiebant. Unde necesse fuit seniori, ut juberet eos paululum remorari. Moesti homines super gramina jacebant, sagmarii vagantes passim, cogente siti, pascua perlustrabant. Tunc unus ex clericis perrexit, ut ad onerandum sagmarios reduceret, nec illam pausam placebat prolongari. Clericus ergo reperit fossulam liquore plenam: miratus est, et quidnam sit explorare volens, inclinavit se: cum interim liquor ille saporem vini reflavit. Tum vero laetabundus ad seniorem recurrit, et nescio quid, veluti vinum, se reperisse nuntiavit. At ille: Quid, inquit, insanis? Utinam aquam reperisses! Nam istic unde vinum? Clericulus vero, sumpto vasculo, de praedicto liquore quiddam hausit, et coram attulit. Id sane quod allatum est, tam colorem vini quam et saporem praeferebat. Tum senior jussit capellanis, ut crucem et capsellas reliquiarum sumerent, et super fossulam praedicti liquoris exorcismum aquae benedictae facerent. Ac dehinc in Christi nomine jubet, ut gustando quid esset explorarent.

Asimismo, yendo a Roma, al llegar a la ciudad de Toscana llamada Lucca, una mujer le salió al paso diciendo que había sido advertida en una visión de que él devolvería la vista a su hijo. Al oírlo, él reprendió a la mujer y, lanzando la mula que montaba, huyó a toda prisa. La mujer, por su parte, preguntaba a quienes podía cómo obtener del hombre de Dios el beneficio esperado. Entonces, por casualidad, uno de los criados dijo a la mujer que ya se habían obrado prodigios con el agua de sus manos. Pero el señor, más precavido a causa de la mujer, cada vez que se lavaba las manos hacía derramar enseguida el agua en tierra delante de él. Pero la mujer lo siguió siempre, hasta que él dejó de preocuparse de que se derramara el agua. Al fin la mujer la consiguió sin que él lo supiera, lavó los ojos de su hijo ciego, y este recobró al instante la luz. Así pues, cuando el varón del Señor regresó de la Urbe, la mujer mencionada le presentó a su hijo, que ya veía. Y mientras todos ensalzaban este hecho, él seguía su camino callado y llorando, y nadie se atrevía a referir en su presencia nada de esto ni de cosas semejantes.

XXI

Contaré algo admirable, y quizá increíble. Pero lo hago dando crédito a dos testigos que lo aseguran, los cuales refieren que el varón del Señor volvía de Italia por el camino por el que se va de la ciudad de Turín a Lyon. Había atravesado ya los Alpes, y, por necesidad del camino, pasaban por unos parajes, según se cuenta, muy faltos de agua. Y sucedió que también se acabó el vino de los odres. Y como aquella región estaba desde hacía tiempo despoblada por obra de los sarracenos, faltando el agua y sin que pudiera encontrarse vino, empezaron a abrasarse de sed. Se esforzaban por recorrer más deprisa, si era posible, aquel trecho del camino, pero los de a pie y las acémilas desfallecían. Por eso el señor se vio obligado a mandarles detenerse un poco. Los hombres yacían abatidos sobre la hierba; las acémilas, vagando de acá para allá, recorrían los pastos acuciadas por la sed. Entonces uno de los clérigos fue a traer de vuelta las acémilas para cargarlas, pues no se quería prolongar aquel descanso. El clérigo encontró, pues, un hoyito lleno de líquido; se admiró y, queriendo averiguar qué era, se inclinó, y entretanto aquel líquido exhaló el sabor del vino. Entonces, lleno de alegría, volvió corriendo al señor y le anunció que había encontrado no sé qué, como vino. Pero él le dijo: «¿Qué desvarías? ¡Ojalá hubieras encontrado agua! Pues ¿de dónde va a haber vino aquí?». Pero el clérigo joven tomó un vasito, sacó algo de aquel líquido y se lo trajo delante. Lo que se trajo mostraba claramente tanto el color como el sabor del vino. Entonces el señor mandó a los capellanes que tomaran la cruz y las cajitas de reliquias e hicieran sobre el hoyo de aquel líquido el exorcismo del agua bendita. Y luego les manda, en el nombre de Cristo, que averigüen probándolo qué era.

Vinum itaque reperientes, cum ingenti admiratione et gaudio vir Domini cum illis omnibus gratias Deo egit, et priusquam ipse biberet, omnibus dare praecepit, non tamen inde quidquam in flasconibus efferri permisit. Quod juxta fidem illorum, qui hoc vidisse asserunt, dictum sit. Tamen ea quae nunc ad sepulcrum ejus fiunt, credi de eo quae audiuntur, vel haec, vel illa suadent.

XXII.

Hoc autem iter vir sanctus frequenter carpebat. Non enim jam vel palatia regum, vel praetoria marchionum, non certe conventicula principum adire volebat: sed coeli consules, Petrum scilicet et Paulum, frequentius, ut supra dictum est, invisere gestiebat. Alia nihilominus loca sanctorum sepulcrum videlicet sanctissimi domni Martini, necnon et beati Martialis, alacri devotione perlustrabat. Credo contemplabatur in spiritu, qualiter illa beatorum agmina, in superni Capitolii curia laetantur. Quibus itaque post paululum sociandus, gaudium Domini sui jam aliquatenus praegustabat.

XXIII.

Scirposus ager habetur ultra Sutriam, juxta burgum videlicet, qui vocantur sancti Martini, quo Romei castrametari solent. Cum ergo inibi tentoria ministri paravissent, tunc forte senior seorsum stabat, ad quem secus quidam se deduci fecit. Quem suppliciter exorans, nihilominus rogabat, quatenus aquam suis manibus tactam eidem tribuere dignaretur. Qui jussit illum ibidem stare, atque tacere. Dehinc tentorium ingressus coram sanctis pignoribus aliquantulum oravit. Intendebant singuli ministrorum ad opus quod erat eis gerendum. Illis ergo alias occupatis, videns quod secretum fieri posset, quemdam vocavit, qui latenter eum adduceret. Tunc manus diligenter abluit, et in recenti aqua digitos intinxit, atque de sanctis pignoribus signavit. De qua caecus ut orbata lumina superfudit, mox videre meruit. Cujus vocem vir Domini a clamore compressit, et ipse majestati divinae gratias cum illo egit; quem et de suo quodam vestimento, videlicet curcinbaldo indutum, latenter extra tentoria deduci fecit.

XXIV.

Y, hallando que era vino, el varón del Señor, con enorme admiración y gozo, dio gracias a Dios junto con todos ellos, y antes de beber él mismo mandó que se diera a todos; pero no permitió que se llevaran nada de él en frascos. Dígase esto conforme al testimonio de quienes aseguran haberlo visto. Con todo, lo que ahora sucede junto a su sepulcro persuade a creer lo que se oye de él, sea esto, sea aquello.

XXII

Este camino lo hacía a menudo el santo varón. Pues ya no quería acudir a los palacios de los reyes ni a los pretorios de los marqueses, ni mucho menos a las juntas de los príncipes; sino que ansiaba visitar con frecuencia, como se dijo más arriba, a los cónsules del cielo, a saber, Pedro y Pablo. Asimismo recorría con pronta devoción otros lugares de los santos, a saber, el sepulcro del santísimo señor Martín y también el del bienaventurado Marcial. Creo que contemplaba en espíritu cómo se alegran aquellas huestes de los bienaventurados en la curia del Capitolio celestial. Y, como poco después había de unirse a ellos, gustaba ya de antemano en cierta medida el gozo de su Señor (Mt 25,21).

XXIII

Hay un campo de juncos más allá de Sutri, junto al burgo llamado de San Martín, donde suelen acampar los romeros. Así pues, cuando los criados hubieron montado allí las tiendas, el señor se hallaba casualmente aparte, y cierto hombre se hizo conducir junto a él. Suplicándole humildemente, le rogaba con todo que se dignara darle agua tocada por sus manos. Él le mandó quedarse allí y callar. Luego, entrando en la tienda, oró un rato ante las santas reliquias. Cada uno de los criados estaba atento a la tarea que le tocaba. Así pues, mientras ellos estaban ocupados en otra cosa, viendo que podía hacerse en secreto, llamó a uno para que se lo trajera a escondidas. Entonces se lavó las manos con cuidado, mojó los dedos en agua fresca y la signó con las santas reliquias. En cuanto el ciego la derramó sobre sus ojos privados de luz, mereció ver al instante. El varón del Señor le contuvo la voz para que no gritara, y él mismo dio gracias con él a la majestad divina; y lo hizo vestir con una prenda suya, a saber, un curcinbaldo, y sacar a escondidas fuera de las tiendas.

XXIV

Item dum ab urbe rediret, venit Sabbato ad quamdam Ecclesiam, juxta locum scilicet, ubi sulphurei videntur acervi. Cum autem vellet populus in crastinum proficisci, retinuit eos, dicens quod ob reverentiam Dominici diei, saltem usque ad Nonam demorarentur. Nec illa demoratio fuit etiam sine beneficio temporali, missarum namque officio solemniter expleto, cum jam post cibum iter aggrederentur, venit quidam sedens caballum, qui in eundo perditus fuerat, quem domnus Geraldus sine sessoris injuria recipi jussit. Antequam vero ad Abricolam pervenissent, caecus quidam juxta viam sedens, quaerebat a transeuntibus si aliquis in eadem turba veniret, qui Geraldus vocaretur. Cum forte quidam de nostris fratribus tunc adhuc canonicus, in collecta domni Geraldi gradiebatur, qui devotionis causa pedester incedens, ad praedictum jam caecum lassus pervenit. Quem cum ille de domno Geraldo inquireret, eum se vestigio secuturum respondit. Sed quae, inquit, causa est, quod eum tam sollicite requiris? At ille: Novem, inquit, anni sunt, ex quo caecitatis angustia premor; hac autem nocte monitus in somno sum, ut huc venirem, et Geraldum sancti Petri peregrinum quaererem, ut manus ablueret postularem; caecatos vero oculos illa aqua perfunderem. Quo ille clericus audito, substitit, cum interim vir Domini Geraldus supervenit. Porro mos erat illi, ut cooperto capite solus equitaret, quo psalmodiae liberius vacaret. Cum ergo supervenisset, clericus caeco silenter: En, inquit, adest. At ille rogabat, ut paululum stare dignaretur. Et subjunxit quid per somnium vidisset. Cum quidem senior erubescens, et mutatione vultus id quod audierat exsecrans, abire coepit. Caecus vero tremenda quaedam adjuramenta proferens, rogabat ut staret, misero subveniret, et sperata beneficia non negaret. Illi autem qui aderant, hoc idem suppliciter exorabant. At ille parum deliberans, memor, ut credo, quia, juxta Apostolum, datam sibi gratiam negligere non deberet, consuetum sibi verbum respondit, dicens: Subvenite, sancti Dei, et stetit. Et quia sicut in illis colliculis assolet, rivulus praeterfluebat. Aqua protinus allata est. Tum ille descendit, et lavit manus, dicens: Fiat voluntas Dei. Et concitus abire coepit. Caecus vero nil cunctatus aquam sibi ingessit, nec fefellit eum virtutis eventus. Tam repente enim visum recepit, ut statim post eum curreret, dicens: O sancte Geralde, o sancte Geralde, Deo gratias, en video! Ille vero mulum calcaribus urgebat, ne voces laudantium audiret, et Abricolam transivit, neque dehinc perendie potuit a conviatoribus attingi. Siquidem animadverti potest, quod manus illae per quas ista sanitatis virtus conferebatur, munditia fulserint, et in eis macula non adhaeserit, sed eas ab omni munere excusserit. Quo contra nimis infelices sunt illi, quorum dextera repleta est muneribus. Quoniam, ut scriptum est, ignis devorat eos qui munera libenter accipiunt.

Asimismo, cuando volvía de la Urbe, llegó un sábado a cierta iglesia, junto al lugar donde se ven montones de azufre. Y como su gente quería partir al día siguiente, los retuvo, diciendo que, por reverencia al día del Señor, se detuvieran al menos hasta la hora nona. Y aquella demora no careció tampoco de provecho temporal: pues, terminado solemnemente el oficio de la misa, cuando ya después de comer emprendían el camino, llegó uno montado en un caballo que se había perdido a la ida, y el señor Geraldo mandó recuperarlo sin hacer daño al jinete. Antes de que llegaran a Abricola, un ciego sentado junto al camino preguntaba a los que pasaban si venía en aquella comitiva alguien que se llamara Geraldo. Sucedió que uno de nuestros hermanos, entonces todavía canónigo, caminaba en la comitiva del señor Geraldo; y, yendo a pie por devoción, llegó cansado junto al ciego. Como el ciego le preguntara por el señor Geraldo, le respondió que venía siguiéndole los pasos. «Pero ¿por qué causa —dijo— lo buscas con tanto afán?». Y él dijo: «Hace nueve años que me oprime la angustia de la ceguera; y esta noche se me advirtió en sueños que viniera aquí y buscara a Geraldo, el peregrino de san Pedro, que le pidiera que se lavara las manos y que bañara con esa agua mis ojos cegados». Al oírlo, el clérigo se detuvo, y entretanto llegó el varón del Señor, Geraldo. Tenía, en efecto, la costumbre de cabalgar solo y con la cabeza cubierta, para entregarse más libremente a la salmodia. Así pues, cuando llegó, el clérigo dijo en voz baja al ciego: «Aquí está». Y el ciego le rogaba que se dignara detenerse un momento. Y le contó además lo que había visto en sueños. Pero el señor, ruborizándose y mostrando con la alteración de su rostro que abominaba lo que había oído, comenzó a alejarse. Pero el ciego, profiriendo ciertos conjuros tremendos, le rogaba que se detuviera, que socorriera a un desdichado y que no le negara el beneficio que esperaba. Y los que estaban presentes le suplicaban humildemente lo mismo. Él entonces, tras deliberar un poco, recordando, según creo, que, conforme al Apóstol, no debía descuidar la gracia que se le había dado (1 Tim 4,14), respondió con su palabra acostumbrada, diciendo: «Venid en ayuda, santos de Dios»; y se detuvo. Y, como suele ocurrir entre aquellas colinas, pasaba por allí un arroyuelo. Al punto se trajo agua. Entonces él descendió y se lavó las manos, diciendo: «Hágase la voluntad de Dios». Y comenzó a alejarse a toda prisa. El ciego, sin vacilar nada, se aplicó el agua, y no le falló el efecto milagroso. Pues recobró la vista tan de repente que al instante corrió tras él, diciendo: «¡Oh santo Geraldo, oh santo Geraldo, gracias a Dios, mira que veo!». Pero él espoleaba la mula para no oír las voces de los que lo alababan, y pasó de largo Abricola, y sus compañeros de camino no pudieron alcanzarlo hasta dos días después. En efecto, puede advertirse que aquellas manos por medio de las cuales se confería esta virtud de curación brillaban por su limpieza, y que no se les adhirió mancha alguna, sino que él las había sacudido de todo soborno (Is 33,15). Por el contrario, muy desdichados son aquellos cuya diestra está llena de sobornos (Sal 26,10). Pues, como está escrito, el fuego devora a los que reciben gustosos los sobornos (Job 15,34).

XXV.

Sed et alia nonnulla itineris referuntur de eo, quae nos ob prolixitatem studiose transilimus. Sed unum pro eo quod virtus alterius generis est, adhuc subnectamus. Cum aliquando Romam pergeret, jam in Italia positus, quamdam in aera vocem audivit clamantem se, atque discessum suum ei insinuantem. Videbatur autem illi quod esset cujusdam hominis nomine Girbaldi, quem in patria reliquerat. Itaque vocavit quosdam ex suis, requirens utrum de Girbaldo aliquid scirent. At illi responderunt, quod eum languentem dimiserant. Jubet igitur tempus adnotari, psalmorumque obsequia pro eo celebrari. Rediens vero, et de praedicto homine requirens, reperit quod illa die migraverit, qua ille vocem in aera audivit.

XXVI.

Expleto autem sanctae suae devotionis itinere, jam secretiora loca frequentare delectabat, quasi vocem illam Psalmistae secutus, qua dicit: Elongavi fugiens, et mansi in solitudine. Ibi enim a saecularium frequentia, vel causarum strepitu quiescere volebat, ut liberius divinae servituti vacaret. Cum itaque sub hoc obtentu apud capellam quae dicitur Catuserias demoraretur, festivitas Joannis et Pauli supervenit. Quaedam autem rusticana mulier hortulum ingressa, nescio quid operabatur, cum repente grandis gutta sanguinis super manum illius apparuit, quae mox intumescere coepit. Tremefacta mulier ad Dei hominem ejulans cucurrit, et ostendens manum, misereri sibi rogabat. At ille protinus clericos adesse, missamque pro ea celebrari jubet, dehinc aquam exorcizari, et de eadem aqua guttam sanguinis ablui; cum tamen ipse humilitatis causa seorsum stabat, ne forte virtutis illius signum ei deputaretur. Ut autem manus mulieris abluta est, illico sanguis et tumor disparuit, et illa sana recessit.

XXVII.

Sane quia locus ille, sicut eum velle dixeramus, remotior est, et secretus, frequenter inibi mansitabat. Cum igitur quadam vice Assumptionem sanctae Dei genitricis Mariae apud eamdem ecclesiam celebrasset, missarum solemniis jam expletis, foras ad suos exiit. Mox quippe ei fuerat, ut post longas ac juges preces, ad commune eloquium sese impertiret, ut quisquis dicendi causam haberet, loquendi quoque possibilitatem obtineret.

XXV

Se cuentan también de él algunas otras cosas de sus viajes, que nosotros omitimos de intento para no alargarnos. Pero añadamos todavía una, porque es un prodigio de otro género. Una vez que iba a Roma, estando ya en Italia, oyó en el aire una voz que lo llamaba y le daba a conocer su propia partida. Le pareció que era la de un hombre llamado Girbaldo, a quien había dejado en su tierra. Así pues, llamó a algunos de los suyos y les preguntó si sabían algo de Girbaldo. Ellos respondieron que lo habían dejado enfermo. Manda, pues, anotar la hora y celebrar por él el oficio de los salmos. Y al volver, preguntando por aquel hombre, supo que había partido de este mundo el mismo día en que él oyó la voz en el aire.

XXVI

Terminado el viaje de su santa devoción, se complacía ya en frecuentar lugares más retirados, como siguiendo aquella palabra del salmista que dice: Me alejé huyendo y me quedé en la soledad (Sal 55,8). Pues allí quería descansar del trato frecuente con los seglares y del estrépito de los pleitos, para entregarse más libremente al servicio divino. Así pues, mientras con este propósito se hallaba en la capilla llamada Catuserias, llegó la fiesta de los santos Juan y Pablo. Una campesina había entrado en su huertecillo y estaba haciendo no sé qué labor, cuando de repente apareció sobre su mano una gran gota de sangre, que pronto empezó a hincharse. Aterrada, la mujer corrió gimiendo al hombre de Dios y, mostrándole la mano, le rogaba que se compadeciera de ella. Él manda al punto que acudan los clérigos y que se celebre una misa por ella; luego, que se exorcice agua y se lave con esa agua la gota de sangre; él, sin embargo, por humildad, se mantenía aparte, no fuera que se le atribuyera la señal de aquel prodigio. En cuanto se lavó la mano de la mujer, desaparecieron al instante la sangre y la hinchazón, y ella se fue sana.

XXVII

Y como aquel lugar es bastante apartado y retirado, tal como dijimos que él lo quería, se quedaba allí con frecuencia. Así pues, una vez que había celebrado la Asunción de santa María, Madre de Dios, en esa misma iglesia, terminada ya la solemnidad de la misa, salió afuera adonde estaban los suyos. Pues tenía por costumbre, después de largas y continuas oraciones, prestarse a la conversación común, para que quien tuviera motivo de hablar tuviera también ocasión de hacerlo.

Cum ergo ad suos exisset, quidam, qui praeparandis cibis praeerat, ad eum dixit: Tristamur, Domine, quoniam ad vestram refectionem reperire in hac solemnitate non possumus, nisi carnes salitas. At ille: Ne sit, inquit, vobis curae, quia si Dei genitrici placeret, neque hoc nobis in ejus festo deesset. Dixerat, et de rupe, quae eidem loco imminet, cervus sese praecipitavit. Quem ministri gaudentes pariter et mirantes tulerunt, et inde, sicut tunc cervorum caro temporina est, delicatum edulium seniori paraverunt. Neque enim incredibile debet videri, quod ei divina largitas cibum ex improvisu concesserit, cum ille ad Dei gloriam, juxta Apostolum, faciens, bucellam suam cum pauperibus comedebat. Qui nunquam, sicut alumni ejus praesentes attestantur, aurem suam a clamore pauperis avertebat. Qui videlicet sanctus, juxta illud Psalmistae: Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, cum voces clamantium audisset, profundum suspirare, et verba compatientis respondere solebat.

XXVIII.

Raimundum noveratis comitem, filium videlicet Odonis. Hic nepotem domni Geraldi nomine Benedictum, Tolosae videlicet vicecomitem dolo captum tenebat. Rainaldus vero frater ipsius sese obsidem dedens, fratrem recepit. At domnus Geraldus audiens quod ille seipsum pro fratre obligasset, valde movebatur ad subveniendum nepoti. Raimundus autem protelabat causam reddendi, clam satagens Benedictum denuo capere, et ambos tenere. Jam septem menses fluxerant, et vir Domini Geraldus in ereptione nepotis nihil proficere poterat. Quadam vero die cum sorore sua Avigerna de hac re quasi querimoniam faciens: Quid tu, inquit, cessas Christum pro filio tuo deprecari? certe aut nos in fide dubitamus, aut, quod verius est, exaudiri digni non sumus. Et haec dicens, resolvebatur in lacrymis. Quo quidem tempore, medullitus, ut ita dicam, sese Domino in precibus mancipavit. Et adhuc Rodulfum abbatem semel ad Raimundum direxit, qui necdum quidem proficere quidquam valens, haud longe ad meatum reversus est. Nocte vero insecuta praedicto Raimundo per somnium videbatur, quod vir Domini Geraldus ante ejus lectum staret, eumque manu pulsaverit. Quid, inquiens, tu non audis me toties deprecantem? Certe scias, quoniam si ultra tenueris obsidem, nequaquam tibi cedet in prosperum. Post haec verba Raimundus expergefactus est, et considerans visionem, intremuit: vocavitque suos, et quid somniaverit indicavit.

Así pues, cuando salió adonde estaban los suyos, uno que estaba al frente de la preparación de las comidas le dijo: «Estamos tristes, señor, porque en esta solemnidad no podemos hallar para vuestra comida más que carne salada». Y él dijo: «No os preocupéis, porque si le pluguiera a la Madre de Dios, tampoco esto nos faltaría en su fiesta». Lo había dicho, y desde la peña que domina aquel lugar se despeñó un ciervo. Los criados, gozosos y admirados a la vez, lo recogieron, y, como entonces la carne de ciervo está en sazón, prepararon con ella un manjar delicado para el señor. Y no debe parecer increíble que la largueza divina le concediera comida de improviso, puesto que él, obrando para gloria de Dios, según el Apóstol (1 Cor 10,31), comía su bocado con los pobres. Nunca, como atestiguan los que él había criado y que estuvieron presentes, apartaba su oído del clamor del pobre. Este santo, conforme a aquello del salmista: Dichoso el que piensa en el necesitado y en el pobre (Sal 41,2), cuando oía las voces de los que clamaban, solía suspirar profundamente y responder con palabras de compasión.

XXVIII

Conocisteis al conde Raimundo, hijo de Odón. Este tenía preso, capturado con engaño, a un sobrino del señor Geraldo llamado Benito, vizconde de Toulouse. Pero Rainaldo, su hermano, se entregó como rehén y recobró a su hermano. Y el señor Geraldo, al oír que se había entregado en prenda por su hermano, se sentía muy movido a socorrer a su sobrino. Pero Raimundo iba dando largas a la devolución, maquinando en secreto capturar de nuevo a Benito y retener a los dos. Habían pasado ya siete meses, y el varón del Señor, Geraldo, no conseguía nada en la liberación de su sobrino. Un día, quejándose en cierto modo de esto con su hermana Avigerna, le dijo: «¿Por qué dejas de rogar a Cristo por tu hijo? Ciertamente, o dudamos en la fe, o, lo que es más cierto, no somos dignos de ser escuchados». Y, diciendo esto, se deshacía en lágrimas. En aquel tiempo se entregó al Señor en oración hasta la médula, por así decirlo. Y envió una vez más al abad Rodulfo a Raimundo, el cual, sin poder conseguir todavía nada, emprendió el regreso y no se había alejado mucho. Pero la noche siguiente le pareció a Raimundo en sueños que el varón del Señor, Geraldo, estaba de pie ante su lecho y lo golpeaba con la mano. «¿Por qué —le decía— no me escuchas, cuando tantas veces te lo he suplicado? Sabe con certeza que, si retienes más tiempo al rehén, de ningún modo te saldrá bien». Tras estas palabras, Raimundo despertó y, considerando la visión, se estremeció; llamó a los suyos y les contó lo que había soñado.

Nam et quidam ex ipsis per quem maxime usque tunc adversatus fuerat, nescio qua causa similiter exterritus persuadebat, ut petitionem domni Geraldi concitus faceret: alioquin moriendum illis esse commemorat. Raimundus confestim ad hospitium Rodulfi abbatis transmisit, eumque redire jussit. Quo redeunte qualiter vir Domini se per visum terruerat, palam enarravit: obsidem illico reddidit, et ut gratiam domni Geraldi sibi Rodulfus reconciliasset, humiliter postulavit. Ita Geraldus per divinum auxilium praevalebat, et secundum illud Scripturae, gloriosos terrae humiliabat.

XXIX.

Quodam itidem tempore, cum ad colloquium ejusdem Raimundi comitis properaret, fluvio, qui Avarionus dicitur, appropinquans, mentio incidit quod illa die piscem ad esum non haberet. Hi vero qui seniori obambulabant, cum de hoc sermocinarentur, viderunt piscem qui capito vocatur, contra se natare. Unus autem, qui hoc ipsum refert, extendit dragulum, et vulneravit piscem. Qui accepto vulnere paululum retroactus ripam ad quam antea tendebat, iterum repetiit, moratus quousque eum unus extensa manu comprehendit. Erat enim non parvae magnitudinis. Itaque vir Domini gratias Deo referens, caeteros, qui hoc ut miraculum extollebant, compescere studebat, quasi id fortuitu contigisset. Et forte aliquis fateri potest, quod istud casu contingere possit; credo tamen non recolet, piscem aliquando vidisse, qui in spatioso flumine, ut Avarionus est, ripam super homines ultro irrupisset.

XXX.

Siquidem pro miraculo jure censetur, quod vel piscis quondam de aqua exsiliit, vel cervus ex improviso de rupe cecidit: hoc etiam quod in flumine piscis ad capiendum sese ingessit. Sed valde plus mirum est, quod ad esum ejusdem hominis Dei coelitus est alia vice allatus. Non longe enim a Friaco monasterio vicus est in honore S. Gregorii sacratus, cui scilicet presbyter quidam nomine Geraldus praeerat, qui eidem viro Dei Geraldo valde pro sua sanctitate charus et familiaris erat, qui etiam ante vitae suae terminum sese pro amore divino reclausit. Ad hunc ergo jam dictus vir Domini Geraldus aliquando divertit, quem post orationem deosculans, dixit: Quid nobis, Geralde frater, ad refectionem daturus es? En apud te prandere venimus. Dicebat enim hoc pro familiari contubernio, quod apud illum isdem sacerdos habebat. At ille gaudens: Si, inquit, Domine, tuae pietati placet, non abibis jejunus. Verumtamen non habeo quid apponam nisi panem et vinum, sed inquiram si forte caseum, vel ova reperero. Tum senior: Ne te, inquit, fatiges, quoniam abstinentiae dies est, et bonum erit, si vel, quia desunt epulae, parcius sub hac occasione comederimus.

Y es que uno de ellos, por cuyo consejo había resistido sobre todo hasta entonces, igualmente aterrado no sé por qué causa, le persuadía de que cumpliera sin tardanza la petición del señor Geraldo; de lo contrario, le recuerda, habrían de morir. Raimundo envió al punto un mensaje a la posada del abad Rodulfo y le mandó volver. Cuando regresó, le refirió abiertamente cómo el varón del Señor lo había aterrado en una visión; devolvió al instante al rehén y pidió humildemente a Rodulfo que le recuperara el favor del señor Geraldo. Así prevalecía Geraldo con el auxilio divino y, según aquella palabra de la Escritura, humillaba a los gloriosos de la tierra (Is 45,2).

XXIX

Asimismo, una vez que se apresuraba a una entrevista con el mismo conde Raimundo, al acercarse al río llamado Aveyron, salió en la conversación que aquel día no tenía pescado para comer. Los que caminaban junto al señor, mientras hablaban de ello, vieron que un pez llamado cacho nadaba hacia ellos. Uno de ellos, que es quien lo refiere, alargó un garfio e hirió al pez. El pez, al recibir la herida, retrocedió un poco, pero volvió a dirigirse a la orilla hacia la que antes iba, y se detuvo allí hasta que uno, alargando la mano, lo atrapó. Y era de no pequeño tamaño. Así pues, el varón del Señor, dando gracias a Dios, procuraba contener a los demás, que ensalzaban esto como un milagro, como si hubiera sucedido por azar. Y quizá alguien pueda decir que esto puede suceder por casualidad; creo, sin embargo, que no recordará haber visto nunca un pez que, en un río tan ancho como es el Aveyron, se lanzara por sí mismo a la orilla sobre los hombres.

XXX

En efecto, con razón se tiene por milagro que un pez saltara una vez del agua, o que un ciervo cayera de improviso desde una peña, y también esto, que un pez en el río se ofreciera a ser capturado. Pero mucho más admirable es que en otra ocasión se le trajera del cielo un pez para comida de este mismo hombre de Dios. Pues no lejos del monasterio de Friacum hay una aldea consagrada en honor de san Gregorio, a cuyo frente estaba un presbítero llamado Geraldo, que por su santidad era muy querido y familiar del mismo hombre de Dios Geraldo, y que antes del fin de su vida llegó a encerrarse como recluso por amor de Dios. A él, pues, se desvió una vez el mencionado varón del Señor, Geraldo, y después de orar lo besó y le dijo: «¿Qué nos vas a dar de comer, hermano Geraldo? Mira que venimos a almorzar contigo». Decía esto por la familiar amistad que aquel sacerdote tenía con él. Y él, gozoso, dijo: «Si place a tu bondad, señor, no te irás en ayunas. Sin embargo, no tengo qué servirte sino pan y vino; pero buscaré por si encuentro queso o huevos». Entonces el señor dijo: «No te fatigues, porque es día de abstinencia, y será bueno que, ya que faltan manjares, aprovechemos la ocasión para comer con más parquedad».

Cum ergo presbyter ad praeparandum discurreret, conclavum ingressus, vidit piscem in ferculo. Tunc stupefactus clam interrogavit ministrum, quisnam piscem illum attulerit. At ille nescire se dixit, asserens quod nullus ibi fuerit, qui piscem illum afferret. Presbyter ergo exiens ad seniorem supplicat ut in conclavi intrare dignaretur. Quo sequente, piscem ostendit. Ille attonitus et admiratus, gratias Deo cum sacerdote referebat. Quem tamen, et ipsius ministrum juramento constrinxit, ne id, dum ille viveret, alicui prodidissent. Sed eadem res pluribus paulatim innotuit, quoniam divina dispensatio, quae sanctos quosque glorificat, eos etiam contra suum velle nonnunquam manifestat. Vere Dominus adhuc suae promissionis est memor, et inquirentes eum non deficient omni bono. Caeterum incredibile non debet hoc videri, dum frequenter legamus, quod Deus ad supplementum servis suis aut potum, aut cibum divinitus ministrare dignatus sit.

XXXI.

Pagus non longe ab Aureliaco Marculiscus vocatur, juxta quem lapis quidam naturaliter rotundus insidet. Cum aliquando domnus Geraldus e regione transitaret, quidam de ejus comitatu Adraldus nomine, conviatoribus asserebat, quod super lapidem illum saltu conscendere posset. Quod protinus cunctis mirantibus fecit. Ferebatur autem quod isdem Adraldus incantationes ac maleficia nosset. Subsequente autem seniore, stabant illi qui praeibant, et ei saltum illius indicabant. Ille vero considerans quod hoc per suam agilitatem nullatenus facere posset, elevata manu signum crucis edidit. Dehinc ille cum id multis vicibus tentavisset, nullatenus exsilire super praedictum lapidem potuit. Et ita cognitum est quod illa velocitas ejus per incantationem fiebat, quae ei post signaculum adesse non potuit, et magna virtus esset domni Geraldi, post cujus signaculum vis inimica nihil valuit.

XXXII.

Quia vero de ejus signaculo id retulimus, quid itidem signando fecerit subjungamus. Solemnitas sancti Laurentii venerat, et ille in quamdam suam capellam quae non longe a vico Argentado sita est, eamdem festivitatem solemnizabat. Porro quaedam ex ancillis ejus graviter inibi vexabatur. Cum igitur ille per orationem ad eam respexisset, et in medio, ut erat, populi acerrime frenderet, et vesaniret, rogabant omnes, ut eam vir Domini signare dignaretur. Quod ille per consuetam sibi humilitatem diutius distulit.

Así pues, cuando el presbítero andaba de acá para allá preparándolo todo, entró en un aposento y vio un pez en una fuente. Entonces, estupefacto, preguntó en secreto a su criado quién había traído aquel pez. Él dijo que no lo sabía, asegurando que no había estado allí nadie que pudiera traer aquel pez. El presbítero salió, pues, y suplicó al señor que se dignara entrar en el aposento. Y, cuando lo siguió, le mostró el pez. Él, atónito y admirado, daba gracias a Dios junto con el sacerdote. Pero obligó con juramento al sacerdote y a su criado a no revelarlo a nadie mientras él viviera. Pero el hecho llegó poco a poco a conocimiento de muchos, porque la disposición divina, que glorifica a todos los santos, a veces los da a conocer incluso contra su voluntad. Verdaderamente el Señor se acuerda todavía de su promesa, y a los que lo buscan no les faltará ningún bien (Sal 34,11). Por lo demás, esto no debe parecer increíble, pues leemos con frecuencia que Dios se ha dignado proporcionar a sus siervos, para suplir su necesidad, bebida o comida venida del cielo.

XXXI

No lejos de Aurillac hay una comarca llamada Marculiscus, junto a la cual se asienta una piedra naturalmente redonda. Una vez que el señor Geraldo pasaba frente a ella, uno de su séquito, llamado Adraldo, aseguraba a sus compañeros de camino que podía subir de un salto encima de aquella piedra. Y lo hizo al instante, ante la admiración de todos. Se decía, por cierto, que este Adraldo conocía encantamientos y maleficios. Al llegar detrás el señor, los que iban delante se detuvieron y le contaron el salto de aquel hombre. Pero él, considerando que de ningún modo podía hacer aquello por su propia agilidad, alzó la mano e hizo la señal de la cruz. Desde entonces, aunque aquel lo intentó muchas veces, de ningún modo pudo saltar encima de la piedra. Y así se supo que aquella ligereza suya provenía de un encantamiento, que no pudo asistirle después de la señal, y que era grande el poder del señor Geraldo, tras cuya señal nada pudo la fuerza enemiga.

XXXII

Y ya que hemos referido esto de su señal, añadamos lo que hizo asimismo al signar. Había llegado la solemnidad de san Lorenzo, y él celebraba esa fiesta en una capilla suya situada no lejos de la villa de Argentat. Y había allí una de sus siervas gravemente atormentada. Así pues, cuando él, durante la oración, la miró, y ella, en medio del pueblo como estaba, rechinaba los dientes con gran furia y desvariaba, todos rogaban al varón del Señor que se dignara signarla. Él, por su acostumbrada humildad, lo difirió largo rato.

Sed illa debacchari cum non cessaret, rogantibus his qui aderant instantius tandem elevata manu, signo crucis eam signavit. At illa purulentum sanguinem evomens, continuo sanata est. Cum omnes in Dei laudibus personarent, eumque magnificarent, ille magna animadversione eos compescuit dicens, quod Dei solummodo clementiam, atque sancti Petri, cujus ecclesia est, magnificarent. Ipsa est autem illa ecclesia qua tunc morabatur, quando mulier caeca superius nominata de aqua manus ejus lumen recepit.

XXXIII.

Quidam vir nomine Herloardus de equo lapsus, unum genu sibi valide collisit. Ob cujus dolorem per sex dies jam sine cibo degebat. Et cum nihil sibi ad remedium reperire posset, ad Captennacum transmittens, aquam de manibus domni Geraldi clam sibi deferri fecit. Mirum dictu, mox ut praedictam aquam super genu sparsit, omni dolore liberatus incolumis surrexit. Alia nonnulla referuntur de eo quae vel relatu, vel admiratione digna sunt. Sed enim, quia vulgariter, et non a praefatis quatuor testibus asseruntur, ea reticere malumus, cum tamen non ignoremus quia multa gessit, quae vel nullus, vel pauci cognoverint. Siquidem de consuetudine piorum et bonorum hominum, semper humilitatem velut cordis oculum servare studebat. Et ideo quantum poterat, opera sua celabat. De his vero quae ipso nolente patebant, laudes non patiebatur audire.

XXXIV.

Hoc itaque de miraculis ejus sufficiat, quae satisfaciant eis qui gloriam cujuslibet sancti, non ex quantitate bonorum operum, sed ex numerositate metiuntur signorum. Apud quos forte sanctitas ejus vilior haberetur, si de miraculis quae vigens gesserat nihil audissent. Illis sane qui amore ejus pie tenentur, eumque discreta dilectione venerantur, opera justitiae quae exercuit, magis placent. At vero cum utrumque simul in eo concurrit, et justitia videlicet, et sanctificatio, et signorum glorificatio, securius hunc, et alacriori devotione colunt. Nam si fortasse prophetiae spiritum habuisset, nullus eum, ut puto, sanctum esse negaret. Sed utique plus fecit, quia avaritiam vicit. Nam quid profuit Balaam, quod tam profundo mysterio prophetavit, quando propter avaritiam reprobatus est? Nihil igitur in Geraldo grandius miraculum quaeras, quoniam hoc est quod non speravit in pecunia, vel thesauris. Hoc quippe est sicut jam diximus, mirabilia fecisse. Tam raro quippe reperies, qui non speret esse felicitatem in pecuniis, ut pro ipsa raritate sermo divinus interposuerit. Quis est hic?

Pero como ella no cesaba de enfurecerse, y los presentes le rogaban con más insistencia, al fin alzó la mano y la signó con la señal de la cruz. Y ella, vomitando sangre purulenta, quedó sana al instante. Como todos prorrumpían en alabanzas a Dios y lo ensalzaban a él, los reprimió con gran severidad, diciendo que engrandecieran solamente la clemencia de Dios y la de san Pedro, cuya es la iglesia. Es la misma iglesia en que se hallaba cuando la mujer ciega mencionada más arriba recobró la vista con el agua de sus manos.

XXXIII

Un hombre llamado Herloardo cayó del caballo y se lastimó gravemente una rodilla. Por el dolor llevaba ya seis días sin comer. Y como no podía hallar remedio alguno, envió a Captennacum e hizo que le trajeran a escondidas agua de las manos del señor Geraldo. Cosa admirable: en cuanto roció con esa agua la rodilla, quedó libre de todo dolor y se levantó sano. Se cuentan de él algunas otras cosas dignas de ser referidas o de causar admiración. Pero, como se afirman de boca en boca y no por los cuatro testigos antes mencionados, preferimos callarlas, aunque no ignoramos que hizo muchas cosas que nadie o pocos llegaron a conocer. Pues, según la costumbre de los hombres piadosos y buenos, procuraba siempre guardar la humildad como el ojo del corazón. Y por eso ocultaba sus obras cuanto podía. Y por las que salían a la luz contra su voluntad no soportaba oír alabanzas.

XXXIV

Baste, pues, esto acerca de sus milagros, que satisfagan a quienes miden la gloria de cualquier santo no por la cantidad de sus buenas obras, sino por el número de sus prodigios. Ante ellos quizá su santidad se tendría en menos si no hubieran oído nada de los milagros que obró en vida. A quienes están piadosamente prendados de su amor y lo veneran con un afecto discreto, les agradan más las obras de justicia que practicó. Pero, como en él concurren a la vez ambas cosas, a saber, la justicia y la santificación, y la glorificación de los prodigios, lo honran con más seguridad y con más pronta devoción. Pues si acaso hubiera tenido espíritu de profecía, nadie, según creo, negaría que es santo. Pero ciertamente hizo más, porque venció la avaricia. Pues ¿de qué le sirvió a Balaán profetizar un misterio tan profundo, si fue reprobado por su avaricia? No busques, pues, en Geraldo milagro mayor que este: que no puso su esperanza en el dinero ni en los tesoros (Eclo 31,8). Pues esto es, como ya dijimos, haber hecho maravillas. Pues tan raramente hallarás a quien no espere que la felicidad está en las riquezas, que por esa misma rareza la palabra divina intercaló: ¿Quién es este?

Cum vero talis utcunque reperitur, dignus est laude, sicut illic subjungitur: Laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua. Quod enim Geraldus hujusmodi mirabilia fecerit, multa documenta sunt. Siquidem constat eum quae a parentibus vel regibus ei collata sunt sic tenuisse, ut ea non ut servis, sed quasi dominis dispensasset: rebus in terra sine alicujus laesione excrevisse, in coelis tamen thesaurisasse; potentia sublimem fuisse, tamen spiritu pauperem permansisse. Quapropter, ut ille sequitur, neque mirum, neque incredibile debet videri, si stabilita sunt bona illius in Domino. Quamvis illud incomparabiliter in ejus factis immineat, quod usque in senectutem castus perseveravit. Castitas enim sola est quae imitatur angelicam puritatem. Cum itaque hic vicit libidinem, quae maxima virtus est Satanae, mirum non est si nec eidem Satanae imperat, quem servando castitatem devicit. Incredibile non est quod nunc obsessos a daemonibus liberat qui mammonae principem a suo corde, vincendo avaritiam, rejecit. Jure enim spiritum superbiae nunc subjectum habet, qui in ipso terrenae potestatis culmine mitem se exhibuit.

Y cuando de algún modo se encuentra a alguien así, es digno de alabanza, como allí se añade: Lo alabaremos, pues hizo maravillas en su vida (Eclo 31,9). Que Geraldo hizo maravillas de esta clase lo prueban muchos testimonios. En efecto, consta que poseyó lo que le habían conferido sus padres o los reyes de tal modo que lo administró no como esclavo de ello, sino como señor; que creció en bienes en la tierra sin daño de nadie, y, sin embargo, atesoró en el cielo; que fue excelso en poder, y, sin embargo, permaneció pobre de espíritu. Por eso, como prosigue aquel, no debe parecer ni extraño ni increíble que sus bienes estén afianzados en el Señor (Eclo 31,11). Aunque entre sus hechos sobresale incomparablemente este: que perseveró casto hasta la vejez. Pues solo la castidad imita la pureza angélica. Así pues, ya que venció la lujuria, que es la mayor fuerza de Satanás, no es de extrañar que mande ahora a ese mismo Satanás, a quien derrotó guardando la castidad. No es increíble que libre ahora a los poseídos por los demonios quien, venciendo la avaricia, arrojó de su corazón al príncipe de Mammón. Pues con razón tiene ahora sometido al espíritu de la soberbia quien en la cumbre misma del poder terreno se mostró manso.

Liber tertius

Quoniam signorum virtutibus insignem fuisse venerabilem virum Geraldum praelibatus sermo enucleatius disseruit, restat nunc ut qualiter a corporeo tegmine spiritualem essentiam emiserit, stylo titulante exprimamus. Certum enim constat, quia isdem vir, quanquam parcitate frugalitatis corporalem appetitum domuerit, viguit tamen viribus. Nec impotens robore caruit vi fortitudinis. Sed cum jam contiguum esset, ut a completa militia, utpote annosus, eximi deberetur, coepit a solito vigore attenuatus elabi. Verum nec ipsum latuit, quin potius ipsarum virium evacuatio ad defectionis ejus judicium panderetur. Cumque praesentes plerosque cerneret, qui ei diligentius adhaerere consueverant, quasi profundiori et intimo singultu ac defectivo affatu exorsus est compellare. Eia, clientuli, et comites amabillimi, nonne aspicitis a pristino me destitutum robore? Animadvertite viciniorem esse depositionis meae sortem, quo spiritus, ducente suo auctore, transferatur ad destinatum habitationis receptaculum, natura fragillima redigatur in pulverem. Non illum cruciatus langoris ab abstinentia solita arcebat. Mira res: non illa saltem, quae veteranos compellere solet imbecillitas, praeter consuetum morem, adhaesum animum illius persuadere poterat. Nimirum quia lenitas carnalis nequiverat emollire rigorem mentis. Cum ergo his et hujusmodi virtutibus anima saginaretur, corporis efficaciam amittebat. Sed quia se in suis oculis despiciens virtutibus hominem nesciebat: non satis intelligebat unde sibi debilitas virium irrepsisset. Jam vero spiritalis virtus, quae pleniter in eo succreverat, corporeas vires pene trucidaverat. Quippe cum iste mos sanctorum sit, quia virtus divina minus in eis valida fuisset, si corporeum robur non attenuasset. Hinc Daniel angelica visione conspecta, per dies multos elanguit. Hinc Jacob angelum stringens, claudicare coepit. Quoniam qui spiritali gratia completur, a corporea virtute enervatur. Itaque exterior homo corrumpebatur, cum interior de die in diem renovaretur.

I.

Libro tercero

Puesto que el relato precedente ha expuesto con detalle cómo el venerable Geraldo fue insigne por la virtud de los prodigios, queda ahora que expresemos con la pluma cómo exhaló su ser espiritual de la envoltura del cuerpo. Pues consta con certeza que este varón, aunque domó el apetito corporal con la parquedad de su frugalidad, conservó, sin embargo, el vigor de sus fuerzas. No era débil de complexión ni le faltaba fuerza y vigor. Pero cuando ya estaba próximo el tiempo en que, como hombre de muchos años, debía ser licenciado de su milicia cumplida, comenzó a desfallecer, menguado su vigor acostumbrado. Y no se le ocultó que el agotamiento de sus fuerzas era más bien indicio manifiesto de su fin. Y viendo presentes a muchos de los que solían estar más estrechamente a su lado, comenzó a hablarles con un sollozo como más hondo e íntimo y con voz desfallecida: «Ea, mis queridos vasallos y amabilísimos compañeros, ¿no veis que estoy despojado de mi antiguo vigor? Advertid que está cerca la suerte de mi partida, en la que el espíritu, guiado por su Autor, será trasladado a la morada que le está destinada, y esta fragilísima naturaleza volverá al polvo». El tormento de la enfermedad no lo apartaba de su abstinencia acostumbrada. Cosa admirable: ni siquiera aquella debilidad que suele obligar a los ancianos podía persuadir a su ánimo firme a salirse de su norma habitual. Sin duda porque la blandura de la carne no había podido ablandar el rigor del alma. Así pues, mientras su alma se nutría de estas y otras virtudes semejantes, iba perdiendo el vigor del cuerpo. Pero como, despreciándose a sus propios ojos, no se tenía por hombre de virtudes, no entendía bien de dónde se le había introducido la debilidad de las fuerzas. Ya la virtud espiritual, que había crecido plenamente en él, casi había dado muerte a las fuerzas corporales. Pues tal es lo que sucede con los santos: la virtud divina habría sido menos poderosa en ellos si no hubiera debilitado su robustez corporal. Por eso Daniel, después de contemplar la visión angélica, quedó desfallecido muchos días. Por eso Jacob, al estrechar al ángel, comenzó a cojear. Pues el que se llena de gracia espiritual queda debilitado en su fuerza corporal. Así, el hombre exterior se iba desgastando, mientras el interior se renovaba de día en día (2 Cor 4,16).

I

Quadam autem die cum in oppido esset, quod Aureliaco imminet, respiciens ad fabricam domus. ubertim flebat. Cum unus ex familiaribus inquisisset curnam fleret? respondens ait: Quia desiderium inquit, meum quod de loco isto jamdudum concepi, ad effectum nullo pacto perducere possum. Nam haec requies mea, hic habitabo. Si quidem caetera quae monachorum usibus apta videntur, favente Deo, facile praeparavi; soli monachi desunt, soli inveniri non possunt. Et idcirco veluti solus et orbatus, moerore conficior; spero tamen quod omnipotens Deus, quando ei placuerit, desiderium meum implere dignetur. Nec mirum, si ego peccator in hoc meo desiderio prolongor; quandoquidem rex David prohibitus est ne templum Domino aedificaret, cum tamen ipse dedit qui opus illud post eum expleret. Et ego licet hoc in hac vita non videam, praestabit tamen Christi misericordia quod exopto, quando ei placuerit. Velim sane noscatis, quia maceriae hujus domus frequenter angustae erunt populis, qui ad eam conventuri sunt. Qualiter autem hoc didicerit, minime indicavit. His autem qui hoc illum dixisse norunt, cum frequentiam populorum, sicut ille praedixit, in eodem loco fieri vident, haec opinio suborta est, quod ea quae dixit, divinitus agnovisset. Jam vero os ejus sic ex abundantia cordis replebatur, ut lex Domini semper plene in eo resonaret. Caeterum, juxta exemplum praefati David, quaecunque necessaria futuris habitatoribus praevidebat, et in pignoribus sanctorum, et in ecclesiasticis utensilibus et indumentis, seu certe in agrorum redditibus praeparare curavit.

II.

At vero, sicut Scriptura dicit, ut qui sanctus est, sanctificetur adhuc, oportebat hunc Dei hominem ante obitum per flagellum exspoliri. Et ei sicut beato Job contigit, et Tobiae, quoniam acceptus erat tentatione probari. Itaque per septem, et eo amplius annos, lumen oculorum amisit. Quos tamen ita perspicaces habebat, ut nihil caecitatis pati crederetur. Qua percussione non solum non doluit, sed etiam plurimum est gavisus in Domino, quod eum flagellare dignatus sit. Quippe non nescius, quia non omnis qui flagellatur filius sit, nullus tamen est filius qui non flagelletur. Et hoc erat ei consolatio, quod supernus judex manum suam ad feriendum hunc solverit, et peccata sine quibus hic non vivitur, in praesenti puniret. Jam itaque de misericordia Domini securus, confidebat quod eum ab aeterno verbere liberare dignaretur, quem in praesenti sub flagello premere dignatus sit. Si quid autem studiis retroactis addere potuisset, quanto ab exteriori implicatione caecitatis causa cessaverat, tanto attentius orationi incumbebat. Et quo mundi figuram intueri nequibat, eo cordis ad verum lumen contemplandum clarius intendebat.

Un día, estando en la plaza que domina Aurillac, mirando la fábrica del edificio, lloraba copiosamente. Como uno de sus allegados le preguntara por qué lloraba, respondió: «Porque —dijo— el deseo que hace tiempo concebí acerca de este lugar no puedo llevarlo a efecto de ningún modo. Pues este es mi descanso; aquí habitaré (Sal 132,14). Todo lo demás que parece apropiado para el uso de los monjes lo he preparado fácilmente con el favor de Dios; solo faltan los monjes, solo ellos no pueden encontrarse. Y por eso, como solo y desamparado, me consumo de tristeza; espero, sin embargo, que Dios omnipotente, cuando le plazca, se digne cumplir mi deseo. Y no es de extrañar que yo, pecador, vea diferido este deseo mío, pues al rey David se le prohibió edificar un templo al Señor, aunque el Señor mismo le dio quien acabara aquella obra después de él. Y aunque yo no lo vea en esta vida, la misericordia de Cristo concederá, sin embargo, lo que anhelo, cuando le plazca. Quisiera que supierais que los muros de esta casa serán a menudo estrechos para las multitudes que acudirán a ella». Cómo lo había sabido, no lo indicó en absoluto. Pero entre quienes saben que él dijo esto, al ver que en ese lugar se agolpan las multitudes, como él predijo, ha surgido la opinión de que conoció por revelación divina lo que dijo. Ya su boca se llenaba de tal modo de la abundancia del corazón (Mt 12,34) que la ley del Señor resonaba siempre plenamente en ella. Por lo demás, siguiendo el ejemplo del mencionado David, cuidó de preparar todo lo que preveía necesario para los futuros moradores, tanto en reliquias de santos como en utensilios y ornamentos eclesiásticos, o bien en rentas de tierras.

II

Pero, para que, como dice la Escritura, el que es santo se santifique todavía (Ap 22,11), era preciso que este hombre de Dios fuera pulido por el azote antes de su muerte. Y le ocurrió como al bienaventurado Job y a Tobías: porque era acepto, tuvo que ser probado por la tentación (Tob 12,13). Así pues, durante siete años y aún más perdió la luz de los ojos. Los conservaba, sin embargo, tan claros que nadie creía que padeciera ceguera alguna. De este golpe no solo no se dolió, sino que se alegró muchísimo en el Señor de que se hubiera dignado azotarlo. Pues no ignoraba que, aunque no todo el que es azotado es hijo, no hay, sin embargo, ningún hijo que no sea azotado. Y su consuelo era que el Juez celestial hubiera soltado su mano para herirlo, y castigara en el presente los pecados sin los cuales no se vive aquí. Así pues, seguro ya de la misericordia del Señor, confiaba en que se dignaría librar del castigo eterno a quien se había dignado oprimir con el azote en el presente. Y si algo pudo añadir a sus ejercicios de antes, fue que, cuanto más se había apartado por causa de la ceguera de las ocupaciones exteriores, con tanta mayor atención se entregaba a la oración. Y cuanto menos podía contemplar la figura del mundo, con tanta mayor claridad dirigía el corazón a contemplar la verdadera luz.

Causa ab exterioribus factis cessabat, totum se ad studium orationis, vel assiduitatem lectionis applicabat.

III.

Biennio priusquam obiret, ecclesiam fecit solemniter dedicari. In altaribus vero tanta pignera sanctorum insita sunt, ut scientibus mirum sit. His autem qui forte a scientibus audiunt, pene incredibile videatur. Nam in his undecunque colligendis pater ille sanctus, quoties sese opportunitas praebuisset, omnimodis, quoad vixit, operam dedit. Quae scilicet et apud Romam, et ubique locorum sic impetrabat: sicut nimirum ille, qui et in sermone, et vultu erat gratiosus: et in dandis pretiis munificus, et quod majus est, in id quod agendum erat, divina gratia fretus. Frequenter enim pro eisdem pignoribus impetrandis, et pretiosa tentoria, necnon corpulentos equos, et multa pecuniarum pondera constat eum dedisse. Dentem namque sancti Martialis in dextro altari, cum reliquiis beatissimi domni Martini, necnon et sancti Hilarii collocavit; quem a sancto corpore nullus ex largitoribus, a sancta maxilla, cum diu conarentur, eruere posset, ille praemissa oratione protinus eum avulsit. De eodem profecto altare mirum aliquid ipso dedicationis die contigit accidisse. Quidam enim juvenculus, cum turbae semet imprimerent, pallium desuper tulit, ut illum ministro redderet, eum quidam ei dicerent circumstantes, ne id praesumeret. Sed quoniam ille tollere non misit, protinus vehementi angustia comprehensus est, ac primo manus ejus excoriatae sunt. Tunc paulatim omne corpus pelle nudatum, ut vix post sex hebdomadas convalescere posset. Locum, sicut olim decreverat, monachorum ditioni delegavit, ubi tamen dehinc parum demorabatur.

IV.

Spatio quo supervixit, summopere procuravit, ut omnes ad se pertinentes in pace dimitteret, ne forte litis occasio posset inter eos oriri. Praedia vel mancipia, quae beato Petro non delegaverat, inter quosdam propinquos ac milites, vel certe servitoribus dimisit. Nonnullis tamen eo tenore, quo postquam obissent, ad Aureliacum accepta redissent. Centum ex mancipiis tantum libertate tunc donavit. Nam alias diversis locis ac temporibus innumera sunt, quae emancipavit. Quamplures autem ex ipsis amore ejus perstricti libertatem recusantes, permanere magis in servitute ejus maluerunt.

Dejaba los pleitos y los quehaceres exteriores, y se aplicaba por entero al ejercicio de la oración o a la asiduidad de la lectura.

III

Dos años antes de morir, hizo dedicar solemnemente la iglesia. En sus altares se colocaron tantas reliquias de santos que causa admiración a quienes lo saben. Y a quienes quizá lo oyen de los que lo saben, les parecerá casi increíble. Pues aquel santo padre, mientras vivió, puso todo su empeño en reunirlas de dondequiera, cada vez que se presentaba la ocasión. Y las obtenía tanto en Roma como en todas partes, como era de esperar de quien era agradable en la palabra y en el rostro, generoso en los precios que pagaba y, lo que es más, confiado en la gracia divina para lo que había que hacer. Pues consta que con frecuencia, para obtener esas reliquias, dio tiendas preciosas, caballos corpulentos y muchos pesos de dinero. En el altar de la derecha colocó un diente de san Marcial, junto con reliquias del beatísimo señor Martín y también de san Hilario; diente que ninguno de los que lo donaban pudo arrancar del santo cuerpo, de la santa mandíbula, aunque lo intentaron largo rato; pero él, haciendo antes oración, lo arrancó al instante. Con respecto a ese mismo altar sucedió algo admirable el mismo día de la dedicación. Pues un jovencito, mientras la muchedumbre se apretujaba, quitó el paño de encima para devolvérselo al ministro, aunque algunos de los presentes le decían que no se atreviera a hacerlo. Pero como no desistió de quitarlo, al punto fue presa de una angustia violenta, y primero se le despellejaron las manos. Luego, poco a poco, todo su cuerpo quedó despojado de la piel, de modo que apenas pudo restablecerse al cabo de seis semanas. El lugar, como había decidido tiempo atrás, lo traspasó al dominio de los monjes, aunque desde entonces él se detenía poco allí.

IV

En el tiempo que sobrevivió, procuró con sumo cuidado dejar en paz a todos los que dependían de él, para que no pudiera surgir entre ellos motivo de pleito. Las haciendas y siervos que no había traspasado al bienaventurado Pedro los dejó a algunos parientes y caballeros, o bien a sus servidores. A algunos, sin embargo, con la condición de que, después de su muerte, lo recibido volviera a Aurillac. De sus siervos, entonces solo dio la libertad a cien. Pues en otras ocasiones, en diversos lugares y tiempos, fueron innumerables los que manumitió. Pero muchísimos de ellos, ligados por el amor que le tenían, rehusaron la libertad y prefirieron permanecer en su servidumbre.

Quo facto pervideri potest, quam dulce dominium in eos exercuerit, quandoquidem suae libertati servitutem illius praeferre maluerunt. Monebatur autem a quibusdam suis, quatenus de familia, quae sibimet affatim superabundabat, majorem multitudinem jugo servitutis absolveret. Quibus ait: Justum, inquit, est, ut lex mundialis in hoc observetur, et ideo numerum in eadem lege praestitutum praetergredi non debere. Quod ad hoc sit commemoratum, ut hinc pateat quantopere divinis praeceptis adhaeserat: quando etiam legalibus ita se submiserit, et humanis.

V.

Intrante vero jam suae migrationis tempore, morabatur apud Cezerviacum quamdam sui juris ecclesiam, quae in honorem sancti Cirici consecrata est. Cum quidem plus solito compunctus profundius suspirabat, ita ut satis pateret quod desiderium cordis ejus alio tenderet, consolationemque in praesenti nequaquam haberet. Inter suspiria vero lacrymis suffundebatur, et erectis in coelum subinde visibus orabat, ut ab hoc saeculo liberaretur, saepius repetens atque dicens: Subvenite, sancti Dei. Hoc namque verbum semper ori ejus familiare fuerat, hoc ad eventum cujuslibet subiti casus inclamare solebat. Non multum vero post vitalis vigor coepit spasmo quodam intabescere, artuumque vires ac totius corporis harmonia paulatim dissolvi. Dissolutionem igitur sui jam instare cognoscens Amblardum episcopum jubet evocari, ut ejus transitum suis orationibus muniret, ovemque paradisi pascua repetentem, pastori omnium Christo pastor consignaret. Interim vero cuncta quae vel funeris causa, vel remanentium necessitas poposcisset, sano sensu, et integra memoria disponit. Cum subito velox fama rumorem circumquaque disparserat, quod vir Domini Geraldus ad transitum propinquaret, accucurrerunt omnes veluti commune dispendium lugentes, clericorum ac monachorum turbae nobilibus viris admistae, catervae pauperum, et pagensium plebes, lugentibus istis aliorum fletus incitabantur. Inter singultus vero et lacrymas erumpentes, quasi querimoniam facientes; unusquisque de ejus pietate, de charitate, de cura pauperum, de tuitione impotentium, plangoris voces ingeminabant. Flentes igitur isti dicebant: O quale solatium mundus amittit! Illi vero: O Geralde, qui merito bonus vocaris, quis jam erit, sicut tu, sustentator indigentium? Quis nutritor pupillorum, vel defensor viduarum? quis dolentium consolator? Certe quis potentiae tuae culmen ita pauperibus inclinabit? Vel quis, sicut tu, singulorum necessitates perpendet, aut expediet? Indulgentissime pater, quam blandus, quam suavis semper fuisti! Cunctorum gratiam hauriebas, ignotorum etiam affectus fama tantae bonitatis ad te traxeras.

Por lo cual puede verse claramente cuán dulce señorío ejerció sobre ellos, pues prefirieron su servidumbre a su propia libertad. Algunos de los suyos le aconsejaban que, de la servidumbre de su casa, que le sobraba en abundancia, librara del yugo de la esclavitud a un número mayor. A ellos les dijo: «Es justo que en esto se observe la ley del mundo», y que, por tanto, no debía sobrepasarse el número fijado en esa ley. Recuérdese esto para que se vea cuán estrechamente se adhería a los preceptos divinos, cuando incluso a los legales y humanos se sometía de tal modo.

V

Llegado ya el tiempo de su tránsito, se hallaba en Cezerviacum (Cézerac), en una iglesia de su propiedad consagrada en honor de san Ciriaco. Allí, más compungido que de costumbre, suspiraba más hondo, de modo que se veía bien que el deseo de su corazón tendía a otra parte y que no hallaba consuelo alguno en lo presente. Entre suspiros se bañaba en lágrimas y, alzando una y otra vez los ojos al cielo, oraba para ser librado de este siglo, repitiendo a menudo y diciendo: «Venid en ayuda, santos de Dios». Pues esta palabra había sido siempre familiar en su boca; esta solía exclamar ante cualquier suceso repentino. No mucho después, su vigor vital comenzó a consumirse con una especie de espasmo, y las fuerzas de sus miembros y la armonía de todo el cuerpo a disolverse poco a poco. Conociendo, pues, que su disolución era ya inminente, manda llamar al obispo Amblardo, para que fortaleciera su tránsito con sus oraciones y, como pastor, encomendara a Cristo, pastor de todos, a la oveja que volvía a los pastos del paraíso. Entretanto, con sano juicio y memoria íntegra, dispone todo lo que pidieran el funeral o la necesidad de los que quedaban. Como de repente la fama veloz había difundido por todas partes la noticia de que el varón del Señor, Geraldo, se acercaba a su tránsito, acudieron todos como quien llora una pérdida común: muchedumbres de clérigos y monjes mezcladas con hombres nobles, tropeles de pobres y el pueblo llano de los campos; y el llanto de unos movía el de los otros. Prorrumpiendo entre sollozos y lágrimas, como quien se queja, cada uno redoblaba sus voces de lamento por su piedad, por su caridad, por su cuidado de los pobres, por su amparo de los desvalidos. Unos, llorando, decían: «¡Oh, qué consuelo pierde el mundo!». Y otros: «¡Oh Geraldo, que con razón te llamas bueno!, ¿quién será ya, como tú, sostén de los necesitados? ¿Quién sustento de los huérfanos o defensor de las viudas? ¿Quién consuelo de los afligidos? Ciertamente, ¿quién inclinará así hacia los pobres la cumbre de tu poder? ¿O quién, como tú, sopesará las necesidades de cada uno o las remediará? ¡Padre indulgentísimo, cuán afable, cuán dulce fuiste siempre! Te ganabas el favor de todos; con la fama de tan gran bondad habías atraído hacia ti incluso el afecto de los desconocidos».

Haec et hujusmodi, quae dolorum vis inter singultus exaggerare solet, tam luctuosis planctibus inundabant, ut putares quod illae lacrymae nunquam possent cessare. Ita per singulos dies agebatur, donec ad ipsum vocationis ejus terminum veniretur. At vero ille morem suum, nec in fine poterat deserere, quin singulis accipere volentibus omne stipendium dari juberet.

VI.

Vere beatum et felicem dixerim, qui talis fuit, ut charitatem suis operibus debitam non reliquerit in terris, et in charitate sanctorum receptus sit in coelis. Vere felix, qui licet potentia saeculari sublimis esset, nullum tamen laesit, nullum oppressit, nec aliquis vel parvam querelam adversus eum reclamavit. Nam si Nathanael vere Israelita vocatur, eo quod dolus in eo non fuerit, jure et hunc Israelitam dixerim, quem auris audiens beatificat, et cui, ad exemplum beati Job, oculus videns testimonium reddit. Cum igitur omnes una lugerent, solus ille perstabat laetabundus. Quippe qui noverat, quod sperantibus in Domino meridianus fulgor in vesperum consurget, et dum dederit eis somnum, haec est haereditas. Quamvis ergo pro mortali conditione caro forte timeret, tamen spiritus in aspectu gloriae defixus exsultabat, utpote qui spem diu desideratam se jam in re percipere confidebat. Nam, ut scriptum est, quia justus in morte sua confidit, putares illum in eadem spe confixum, et nullatenus mortem timere. Laetabundus itaque videbatur, cum nec quidem parum aliquid fateretur, in quo pavere se vel tenuiter demonstraret. Per omne vero sui langoris tempus, ita fatiscentes ad divinum obsequium impellebat artus, ut nec unum quidem nocturnale officium, nisi in ecclesia pateretur celebrare; missam vero unam diei competentem, et alteram pro defunctis coram altari positus audiret. Sane cum membris jam nimis rigescentibus, gressum per se nec sustentatus quidem progredi potuisset, adhuc tamen spiritus in sui fervore perdurans cogebat, ut corpusculum manibus bajulorum portaretur in oratorium: nimirum, ut boni operis tunicam usque ad talum extendens, virtutis suae laudem in fine cecinisset.

VII.

Estas y otras cosas semejantes, que la fuerza del dolor suele amontonar entre sollozos, las derramaban con lamentos tan luctuosos que habrías pensado que aquellas lágrimas no podrían cesar jamás. Así sucedía día tras día, hasta que se llegó al término mismo de su llamada. Pero él no pudo abandonar su costumbre ni siquiera al final, sino que mandaba dar toda clase de socorro a cada uno de los que querían recibirlo.

VI

Verdaderamente bienaventurado y feliz llamaría yo a quien fue tal que no dejó en la tierra sin pagar con sus obras la caridad debida, y ha sido recibido en el cielo en la caridad de los santos. Verdaderamente feliz quien, aunque era excelso en poder mundano, no dañó a nadie, no oprimió a nadie, y contra quien nadie elevó ni siquiera una pequeña queja. Pues si a Natanael se le llama verdadero israelita porque no había en él engaño (Jn 1,47), con razón llamaría yo israelita también a este, a quien el oído que lo oye llama dichoso, y a quien, a ejemplo del bienaventurado Job, el ojo que lo ve da testimonio (Job 29,11). Así pues, mientras todos lloraban a una, solo él permanecía alegre. Pues sabía que para los que esperan en el Señor un fulgor de mediodía surgirá al atardecer (Job 11,17), y que cuando les dé el sueño, esa es la herencia (Sal 127,2-3). Así pues, aunque quizá la carne temiera por su condición mortal, el espíritu, fijo en la contemplación de la gloria, exultaba, como quien confiaba en recibir ya en realidad la esperanza largamente deseada. Pues, como está escrito que el justo confía en su muerte (Prov 14,32), habrías pensado que estaba clavado en esa misma esperanza y que no temía en absoluto la muerte. Así pues, se le veía alegre, pues no decía ni la menor cosa en que mostrara tener ni un leve temor. Durante todo el tiempo de su enfermedad empujaba de tal modo sus miembros desfallecidos al servicio divino que no consentía celebrar ni un solo oficio nocturno sino en la iglesia; y, colocado ante el altar, oía una misa propia del día y otra por los difuntos. Y cuando, con los miembros ya muy entumecidos, no podía dar un paso por sí mismo ni aun sostenido, su espíritu, que perduraba en su fervor, obligaba todavía a que llevaran su pobre cuerpo al oratorio en brazos de porteadores: sin duda para que, alargando la túnica de las buenas obras hasta el talón, cantara al final la alabanza de su virtud.

VII

Sexta namque feria dilucescente die, ingravescere sesentiens, jussit ut nocturnale coram se capellani peregissent, episcopo cum suis in ecclesia illud celebrante; cum psallentibus autem et ipse psallebat, donec post matutinale officium, omnes etiam horas diei compleret. Tum vero completorium finiens, signo se sanctae crucis armavit, et subjunxit illud verbum quod ei semper familiare fuit, dicens: Subvenite, sancti Dei. Hoc in ultimo locutus, oculos tacens clausit. Videntes vero qui aderant, quod loqui cessaret, episcopum advocarunt. Sancta quoque membra illius in cilicio posuerunt, caeterisque pro exitu psallentibus quidam de sacerdotibus missam concitus celebravit, atque sacrosanctum mysterium attulit. Cum vero quidam dicerent quod jam discessisset, ille sensum adhuc retinens, oculos aperuit, et hoc judicio nondum se discessisse, monstravit. Tum vero Dominicum corpus quod exspectabat, sua sponte suscepit, et ita felix illa anima ad coelos migravit. Et velut ipso feriarum numero sui causam insinuans, bonum opus, quod ad senarium pertinet, bene consummasse, et ad verum Sabbatum, quod est requies, se transmigrasse monstravit. Et ille quidem quod cupiebat, ut credimus, jam videt; quod speravit jam tenet. Multis tamen non modicum dolorem dereliquit. Nam licet ipse moeror quadam dulcedine respersus esset, pro eo quod scirent, quia talis fuit, ut de illo magis gaudendum, quam lugendum; clamore tamen ingenti plangebant, quod ejus contubernio privarentur, cujus similem vultum non se videre sperarent. Illi humanitatis causa tristabantur, sed angeli, ut credimus, laetabantur. Nam si coram eisdem angelis gaudium est super uno peccatore qui poenitentiam agit, quanto magis super hoc homine justo, qui inter opera virtutum consenuit? Sed gaudium Domini sui, quo ab eisdem angelis exceptus est, fides contemplatur; oculis vero corporeis interim latet, qui videbant quidem cadaver, quod exsolverat debitum mortis, et nondum apparebat quantum anima glorificaretur in coelis. Moritur ergo Geraldus, sed juxta illud Davidicum, nequaquam ut ignavi solent, quoniam inter sanctos sors illius est. Et si persolvit illud Psalmistae: Vos autem sicut homines moriemini, tamen ad eum pertinet hoc quod ibi praemittitur: Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes. Testatur evangelista: Filii Dei sumus, sed nondum apparet quid erimus. Felix itaque Geraldus qui separavit pretiosum a vili. Postquam enim gustavit quam dulcis est Dominus, nequaquam hujus vitae delectamentis, ad ejusdem Domini contemptum se submisit. Sed hanc vitam, quae reprobis pretiosa est, vilem sibi deputavit, et mortem, quae illis pessima est, pretiosam invenit.

En efecto, el viernes, al despuntar el día, sintiéndose agravar, mandó que los capellanes rezaran el oficio nocturno en su presencia, mientras el obispo lo celebraba con los suyos en la iglesia; y él mismo salmodiaba con los que salmodiaban, hasta que, después del oficio matutino, completó también todas las horas del día. Entonces, al terminar completas, se armó con la señal de la santa cruz y añadió aquella palabra que siempre le había sido familiar, diciendo: «Venid en ayuda, santos de Dios». Dicho esto en último lugar, cerró los ojos en silencio. Los presentes, viendo que había dejado de hablar, llamaron al obispo. Pusieron también sus santos miembros sobre un cilicio; y, mientras los demás salmodiaban por su tránsito, uno de los sacerdotes celebró apresuradamente la misa y trajo el sacrosanto misterio. Y cuando algunos decían que ya había partido, él, conservando aún el sentido, abrió los ojos y con esta señal mostró que todavía no había partido. Entonces recibió por propia voluntad el cuerpo del Señor, que esperaba, y así aquella dichosa alma emigró al cielo. Y, como insinuando su propia causa con el número mismo del día de la semana, mostró que había consumado bien la obra buena, que pertenece al número seis, y que había pasado al verdadero sábado, que es el descanso. Y él, como creemos, ve ya lo que deseaba; lo que esperó, ya lo posee. Pero a muchos les dejó un dolor no pequeño. Pues, aunque su misma tristeza estaba rociada de cierta dulzura, porque sabían que había sido tal que más había que alegrarse por él que llorarlo, se lamentaban, sin embargo, con enorme clamor de verse privados del trato de aquel cuyo semejante no esperaban volver a ver. Ellos se entristecían por su condición humana; pero los ángeles, como creemos, se alegraban. Pues si hay alegría ante esos mismos ángeles por un solo pecador que hace penitencia (Lc 15,10), ¡cuánto más por este hombre justo, que envejeció entre obras de virtud! Pero el gozo de su Señor (Mt 25,21), en el que fue recibido por esos mismos ángeles, lo contempla la fe; a los ojos corporales, en cambio, entretanto se oculta, pues veían el cadáver que había pagado la deuda de la muerte, y aún no aparecía cuánto era glorificada el alma en el cielo. Muere, pues, Geraldo, pero, según aquella palabra de David, de ningún modo como suelen morir los cobardes (2 Sam 3,33), porque su suerte está entre los santos (Sab 5,5). Y si pagó lo que dice el salmista: Pero vosotros moriréis como hombres (Sal 82,7), a él le corresponde, sin embargo, lo que allí se dice antes: Yo dije: Sois dioses, e hijos del Altísimo todos (Sal 82,6). Lo atestigua el evangelista: Somos hijos de Dios, pero aún no se ha manifestado lo que seremos (1 Jn 3,2). Dichoso, pues, Geraldo, que separó lo precioso de lo vil (Jer 15,19). Pues, después de gustar cuán dulce es el Señor, de ningún modo se sometió a los deleites de esta vida con desprecio de ese mismo Señor. Sino que esta vida, que es preciosa para los réprobos, la tuvo por vil, y la muerte, que para ellos es pésima, la halló preciosa.

Vere beatus cujus dies in dolore, et anni in gemitu transierunt: quia jam expertus est quam magna multitudo dulcedinis, quam Deus abscondit timentibus se. Qui etiam in conspectu filiorum hominum, hanc aliquatenus per singula signa demonstrat. O quanta diversitas est inter illum, et vedios, id est male divites! Huic enim lacrymae suae fuerunt panes, et potum accepit in lacrymis et mensura. Illi vero ducunt in bonis dies suos, et habent consolationem suam, juxta illud evangelicum, in praesenti. Sed enim iste jam in voce exsultationis, transiit in locum tabernaculi Dei. De illis dicitur, quod in puncto ad inferna descendunt. Caeterum si de ejus exteriori conversatione quisquam dignum aliquid referre posset, delectationes tamen, quae in dextera Domini repleverunt eum usque in finem, nullus nostrum non dico verbis explicare, sed nec sensu quidem attingere valet, nisi forte quilibet in seipso sentiscit, quid est delectare in salutare Dei.

VIII.

Porro autem quia Deus mirabilis est in sanctis suis, in quibus eum laudare jubemur, dicente Scriptura: Laudate Dominum in sanctis ejus, idcirco, o beate Geralde, quales possumus referimus illi pro te. Laudantes eum quod elegit te, et quod justificavit te; quod misericordiam suam mirificavit in te, quod per vias rectas deduxit te, quod fructum tui operis inveniri fecit ipse, et postremo, quod usque in senectam et senium non dereliquit te, et quod majus est, quia inter filios Dei computavit te, et insuper in oculis omnium glorificat te. At vero quia sanctos decet laudatio, ad laudem illius laudamus etiam te, quia scilicet juxta Jeremiam, jugum Christi ab adolescentia portasti, quia gratiam vocationis ejus non recepisti [f. sprevisti], quia commutationem pro anima tua non dedisti, quia salutem ejus in vacuum non accepisti, quia intima tua, quae de amore Christi conceperas, non projecisti, quia tentationis tempore non recessisti, quia in externa praesentis vitae gaudia te non effudisti, quia bonum faciendo non defecisti. Verumtamen tu, Domine Deus, tu per ipsum nostrae praesumptioni ignosce. Nam in hac relatione excessum formidamus, quoniam id tentavimus, ad quod agendum nullatenus idonei sumus. Quia licet ille dignus sit laude, in quo tu laudaris; nos tamen, Domine, ad hanc referendam indigni sumus, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Sancti ergo tui, ut scriptum est, benedicant te, et opera tua confiteantur tibi.

Verdaderamente bienaventurado aquel cuyos días pasaron en el dolor y sus años en el gemido (Sal 31,11), porque ya ha experimentado cuán grande es la abundancia de dulzura que Dios ha escondido para los que lo temen (Sal 31,20). Y Dios la muestra en cierta medida, aun a la vista de los hijos de los hombres (Sal 31,20), por medio de cada uno de los prodigios. ¡Oh, cuánta diferencia hay entre él y los vedios, es decir, los ricos malvados! Pues para él sus lágrimas fueron su pan (Sal 42,4), y recibió bebida en lágrimas y con medida (Sal 80,6). Ellos, en cambio, pasan sus días entre bienes (Job 21,13) y, según aquella palabra del Evangelio, tienen su consuelo (Lc 6,24) en el presente. Pero él ya ha pasado, con voz de júbilo, al lugar del tabernáculo de Dios (Sal 42,5). De ellos se dice que en un instante descienden a los infiernos (Job 21,13). Por lo demás, aunque alguien pudiera referir algo digno de su vida exterior, las delicias a la diestra del Señor que lo colmaron hasta el fin (Sal 16,11) ninguno de nosotros es capaz, no digo de explicarlas con palabras, sino ni siquiera de alcanzarlas con el entendimiento, a no ser que alguno experimente en sí mismo qué es deleitarse en la salvación de Dios.

VIII

Y como Dios es admirable en sus santos (Sal 68,36), en quienes se nos manda alabarlo, pues dice la Escritura: Alabad al Señor en sus santos (Sal 150,1), por eso, oh bienaventurado Geraldo, le tributamos por ti las alabanzas que podemos. Lo alabamos porque te eligió y te justificó; porque hizo admirable en ti su misericordia; porque te condujo por caminos rectos (Sab 10,10); porque él mismo hizo que se hallara el fruto de tu obra; y, por último, porque hasta la vejez y la ancianidad no te abandonó (Sal 71,18); y, lo que es más, porque te contó entre los hijos de Dios (Sab 5,5), y además te glorifica a los ojos de todos. Pero, como a los santos conviene la alabanza, para alabanza suya te alabamos también a ti: porque, según Jeremías, llevaste el yugo de Cristo desde tu juventud (Lam 3,27); porque no despreciaste la gracia de su llamada; porque no hiciste trueque de tu alma; porque no recibiste en vano su salvación; porque no arrojaste los íntimos afectos que habías concebido del amor de Cristo; porque en el tiempo de la tentación no te apartaste; porque no te derramaste en los gozos exteriores de la vida presente; porque no desfalleciste haciendo el bien. Pero tú, Señor Dios, tú, por él, perdona nuestra presunción. Pues tememos haber excedido en este relato, ya que hemos intentado lo que de ningún modo somos idóneos para hacer. Porque, aunque es digno de alabanza aquel en quien tú eres alabado, nosotros, Señor, somos indignos de tributarla, pues no es hermosa la alabanza en boca del pecador (Eclo 15,9). Que tus santos, pues, como está escrito, te bendigan, y tus obras te alaben (Sal 145,10).

Sed quoniam imperfectum Ecclesiae vident oculi tui, et lapides terrae ejus miserebuntur, precamur ut hi, qui pro soliditate morum lapides vocantur, nobis, qui merito nostrae pravitatis terra sumus, subvenire dignentur: ut nos qui non habemus indumentum justitiae, lapides amplectamur, ut eorum meritis nostram nuditatem contegere possimus. Hic ergo famulus tuus affectum miserendi, quem eidem charitas tua invisceravit, in nos dirigat, et de illa sempiterna Capitolii curia, qua jam inter consules coeli residet, in hac convalle lacrymarum quam evasit pie respiciat; singulorum preces exaudiat, omniumque necessitates apud te expediat, praestante Domino nostro Jesu Christo Filio tuo, qui tecum, cum Spiritu sancto, vivit et gloriatur Deus, per infinita saecula saeculorum. Amen.

IX.

Velociter sane, sicut de excellenti persona fieri solet, transitus ejus circumquaque personuit. Cum quidem incredibilis hominum multitudo mox undique secus irruere coepit, examina nobilium virorum, innumerae catervae pagensium atque egenorum, plures monachi, et agmina sacerdotum. Quem universi germano quodam et dulcissimo affectu plangebant, et nescio quo divino instinctu compunctius atque suavius eum lugebant: ob hoc videlicet quod illum Deo placuisse non ignorabant.

X.

Cum igitur esset ex more nudatus ad lavandum, Ragambertus, et alii ministri qui id agebant, manus utrasque pectori ejus applicuerunt, cum subito dextrum brachium ipsius extensum est, et ita genitalibus membris manus ejus applicata, ut eadem membra sub volam concluderet. Quod illi quidem casu contigisse putantes, manum ipsam ad pectus denuo inflixerunt. Sed iterum, sicut prius, extensa est, et ad sexum contegendum sese aptavit. At illi stupere jam coeperunt, sed rem diligentius scire volentes, adhuc tertio brachium reflectunt, manumque super pectus ad alteram reducunt. Quae protinus summa velocitate praedicta membra, sicut prius repetiit, et obtexit. Polinctores autem admiratione simul et pavore perculsi, jam tunc animadverterunt, quod hoc absque vi divina nullatenus accidisset. Fortassis enim per hoc coelitus monstrabatur, quod ad castitatis pudorem conservandum semper illa caro vivens verecundata fit. Corpusculum itaque festinanter operuerunt. Postea vero quam indumentum accepit, nullatenus uspiam sese manus illa extendit.

XI.

Pero, como tus ojos ven lo imperfecto de la Iglesia (Sal 139,16), y sus piedras se compadecerán de su tierra (Sal 102,15), rogamos que aquellos que por la solidez de sus costumbres son llamados piedras se dignen socorrernos a nosotros, que por merecimiento de nuestra maldad somos tierra: para que nosotros, que no tenemos el vestido de la justicia, nos abracemos a las piedras (Job 24,8), a fin de poder cubrir con sus méritos nuestra desnudez. Que este siervo tuyo dirija, pues, hacia nosotros el afecto de misericordia que tu caridad puso en sus entrañas, y desde aquella sempiterna curia del Capitolio, donde se sienta ya entre los cónsules del cielo, mire con piedad a este valle de lágrimas del que ha escapado; que escuche las súplicas de cada uno y despache ante ti las necesidades de todos, por la gracia de nuestro Señor Jesucristo, tu Hijo, que contigo, con el Espíritu Santo, vive y es glorificado, Dios, por los infinitos siglos de los siglos. Amén.

IX

Su tránsito, como suele suceder con una persona eminente, resonó rápidamente por todas partes. Y pronto comenzó a afluir de todas partes una increíble multitud de gente: enjambres de nobles, innumerables tropeles de campesinos y necesitados, muchos monjes y filas de sacerdotes. Todos lo lloraban con un afecto como fraterno y dulcísimo, y, por no sé qué divino impulso, lo lamentaban con más compunción y a la vez con más dulzura, porque no ignoraban que había agradado a Dios.

X

Así pues, cuando, según la costumbre, fue desnudado para lavarlo, Ragamberto y los demás servidores que lo hacían le colocaron ambas manos sobre el pecho, y de repente su brazo derecho se extendió, y su mano se aplicó a las partes íntimas de tal modo que las cubría bajo la palma. Ellos, pensando que había sucedido por casualidad, volvieron a fijar la mano sobre el pecho. Pero de nuevo, como antes, se extendió y se acomodó para cubrir su sexo. Ellos empezaron entonces a asombrarse; pero, queriendo saberlo con más certeza, doblan el brazo todavía una tercera vez y vuelven a llevar la mano sobre el pecho junto a la otra. Ella, al instante, con suma rapidez, volvió como antes a aquellas partes y las cubrió. Los que amortajaban el cuerpo, sobrecogidos a la vez de admiración y de temor, advirtieron entonces que esto de ningún modo habría ocurrido sin una fuerza divina. Pues quizá con esto se mostraba desde el cielo que aquella carne, mientras vivió, se había guardado siempre recatada para conservar el pudor de la castidad. Así pues, cubrieron rápidamente aquel pobre cuerpo. Y después de que fue vestido, aquella mano ya no se extendió a ninguna parte.

XI

Sui autem, quamplurimis comitantibus turbis, corpus illud sanctum ad Aureliacum, sicut ipse jusserat, detulerunt, et in aristonem lapidem, ad sinistram scilicet basilicae ipsius collocaverunt, juxta aram sancti Petri, ita ut sepulcrum ejus habeatur in dextro, et ipsum nihilominus in dextrorsum. Sed jam libellum hunc terminemus, ne forte cum rusticitate, tum etiam prolixitate displiceat. Si quid autem in eo lectorem oblectaverit, meritis domni Geraldi praestitum censeat. Hoc vero quod displicuerit, inertiae meae deputabit, tamen miserendi occasionem reperiet. Et ob id suppliciter obsecro, et considerans quod hoc agere jussus praesumpsi, mihi a judice cordium deprecetur.

XII.

Beato quidem Geraldo satis suffecerat, quod ille testis fidelis, qui in coelis est, et cui semper placere studuit, hunc apud se in illa paradisiaca regione remunerat; sed tamen quanta sit gloria, quam intus possidet, isdem testis Christus foris manifestare dignatur. Scriptum namque est, quia Deus instaurat testes suos contra nos. Quisquis enim praecepta illius custodit, testis ejus contra nos est, quod possumus quidem servare eadem praecepta sicut ille, sed nolumus. Nam ut de meis similibus dicam, cuncta jam piorum dicta legere fastidimus, exempla quoque imitari negligimus, cum tamen aut otiosis, aut saecularibus verbis infatigabiliter occupemur. Sed hoc agentes, de illis nos probamus esse, quos apostolica vox notat, dicens: A veritate auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Ad hanc ergo inertiam vel caetera portenta vitiorum, aliquatenus reprimendam, dispositor saeculorum Christus, hunc testem suum contra nos instaurat, quem et multis miraculis coram nos illustrat, ut quia oculos ad consideranda, ut dictum est, piorum exempla clausimus, vel ad splendorem hujus hominis, tanquam de prope coruscantem respiciamus. Si quidem ille divina praecepta nostro tempore custodivit. Sed quia mortuus cito recedit a corde, protinus hoc oblivioni tradimus, et non recogitantes mercedem, quae sanctis ejus operibus restat, ad haec imitanda male torpescimus. Ob hoc itaque miracula, quae forte ad tempus fiunt, operari dignatur, quatenus vel sic gloriam quam intus habet, intelligamus, et ad opera quibus ad eamdem gloriam provectus est, tanquam recens edita mentis aciem intendamus, et ac haec imitanda convalescere studeamus. Sed jam de iisdem miraculis qua rationi congruerint, Deo juvante, referamus.

Liber quartus

I.

Los suyos, acompañados de muchísimas multitudes, llevaron aquel santo cuerpo a Aurillac, como él había mandado, y lo colocaron en un sepulcro de piedra, a la izquierda de su basílica, junto al altar de san Pedro, de modo que su sepulcro se tiene a la derecha, y él mismo, igualmente, mira a la derecha. Pero terminemos ya este librito, no sea que desagrade tanto por su rusticidad como por su prolijidad. Si algo en él ha deleitado al lector, téngalo por concedido por los méritos del señor Geraldo. Lo que le haya desagradado lo atribuirá a mi incapacidad; con todo, hallará en ello ocasión de compadecerse. Y por eso le suplico humildemente que, considerando que me atreví a hacer esto porque se me mandó, implore por mí el perdón del Juez de los corazones.

XII

Al bienaventurado Geraldo le habría bastado que aquel testigo fiel que está en el cielo (Sal 89,38), a quien siempre procuró agradar, lo recompense junto a sí en aquella región del paraíso; pero, con todo, cuán grande es la gloria que posee dentro, ese mismo testigo, Cristo, se digna manifestarlo fuera. Pues está escrito que Dios renueva sus testigos contra nosotros (Job 10,17). Pues todo el que guarda sus preceptos es testigo suyo contra nosotros de que podríamos, ciertamente, guardar esos mismos preceptos como él, pero no queremos. Pues, por hablar de mis semejantes, nos hastía ya leer todos los dichos de los piadosos, y descuidamos también imitar sus ejemplos, aunque nos ocupamos incansablemente en palabras ociosas o mundanas. Pero, al obrar así, demostramos ser de aquellos a quienes señala la voz del Apóstol, cuando dice: Apartarán el oído de la verdad y se volverán a las fábulas (2 Tim 4,4). Así pues, para reprimir en alguna medida esta desidia y los demás monstruosos vicios, Cristo, ordenador de los siglos, levanta contra nosotros a este testigo suyo, y lo hace ilustre ante nosotros con muchos milagros, para que, ya que hemos cerrado los ojos, como se dijo, a los ejemplos de los piadosos, al menos miremos al resplandor de este hombre, que brilla como de cerca. Pues él guardó los preceptos divinos en nuestro tiempo. Pero, como el muerto se borra pronto del corazón (Sal 31,13), al punto lo entregamos al olvido, y, sin pensar en la recompensa que aguarda a sus santas obras, nos entorpecemos lamentablemente para imitarlas. Por esto, pues, se digna obrar milagros, que quizá ocurren por un tiempo, para que al menos así comprendamos la gloria que posee dentro, y dirijamos la mirada de la mente, como a cosas recién hechas, a las obras con que fue elevado a esa misma gloria, y procuremos cobrar fuerzas para imitarlas. Pero refiramos ya, con la ayuda de Dios, aquellos de estos milagros que convengan a la razón.

Libro cuarto

I

Dominica igitur post transitum ejus insecuta, multis, ut diximus, comitantibus turbis, ad Aureliacum delatus est. Cum igitur psallentium chori circa feretrum pernoctarent, quidam vir nobilis nomine Gibbo, filiam, quam caducus morbus obsederat, subtus eodem feretro collocavit, quae postea nihil infirmitatis illius passa est. Jam quippe materfamilias existit, et ipsa virtutis hujus testimonium seipsam incolumem praefert.

II.

Quidam homo nomine Grimaldus in villa manens, per somnium vidit quod operculum sarcophagi ejus avellere conaretur. Qui expergefactus, a cubitis et deinceps, brachia cum manibus ita repetit arefacta, ut nihil ex his operari posset. Sic per quindecim ferme dies manens debilitatus, ad sepulcrum supplicaturus venit, ac protinus sanitatem recepit.

III.

Ancilla cujusdam viri Lamberti lunatica per somnium monita est, ut ad ejus sepulcrum supplicatura veniret. Quod illa domino suo indicavit. Ille vero timens ne illusio et ridiculum esset, si visionem virtutis effectus minime sequeretur, prohibuit eam. Illa dehinc secundo, ac tertio nihilominus per visionem monita, praedictum dominum suum rogabat, ut eam illuc ire permitteret. Quod ille jam concessit. Ivit ergo mulier, et ante sepulcrum vigilans, pleniter sana recessit.

IV.

Interea plateola quaedam herbida, in modum rotae per gyrum rotunda, ante cryptam apparuit. Quae cum esset herbis referta, per gyrum tamen tellus nuda et pulvestris erat. Hi ergo qui per coemeterium transibant, cum vidissent plateolam illam, et sulcum pulvereum, qui hanc ambiebat, mirabantur, scientes quod nec homo, nec bestia calcando sulcum illum detriverit. Aliquando vero permansit, et postea disparuit. Sequenti autem aestate similiter ibidem visa est, sed multo jam latior. Habebat autem lembum circa se detritum, ut prius, et pulvereum. Tertia itidem aestate rota similiter herbida, et quasi calle pulvereo circumcincta apparuit, sed multo jam diffusior. Ac deinceps per annos plures in antea se paulatim spargens, extendi videbatur. Qui vero causam diligentius retractabant, prodigium aliquod esse credebant, conjicientes quod rota viridis famam beati Geraldi viriditate virtutis plenam fortasse figuraverit.

Así pues, el domingo que siguió a su tránsito, acompañado, como dijimos, de grandes multitudes, fue llevado a Aurillac. Mientras coros de salmistas velaban toda la noche en torno al féretro, un hombre noble llamado Gibbón colocó debajo de ese féretro a su hija, a quien había atacado el mal caduco; y en adelante no padeció nada de aquella enfermedad. Ahora es ya madre de familia, y ella misma, sana como está, da testimonio de este prodigio.

II

Un hombre llamado Grimaldo, que vivía en la aldea, vio en sueños que intentaba arrancar la tapa del sarcófago de Geraldo. Al despertar, se encontró los brazos, de los codos para abajo, y las manos tan secos que no podía hacer nada con ellos. Después de permanecer así impedido unos quince días, vino al sepulcro a suplicar, y al punto recobró la salud.

III

Una sierva lunática de un hombre llamado Lamberto fue advertida en sueños de que viniera a suplicar ante el sepulcro de Geraldo. Ella se lo contó a su amo. Pero él, temiendo que fuera una ilusión y motivo de burla si a la visión no seguía efecto milagroso alguno, se lo prohibió. Ella, advertida luego por segunda y tercera vez en visión, rogaba a su amo que la dejara ir allá. Y él ya se lo concedió. Fue, pues, la mujer, y, velando ante el sepulcro, se volvió completamente sana.

IV

Entretanto apareció ante la cripta una placita cubierta de hierba, redonda en círculo a modo de rueda. Aunque estaba llena de hierba, en torno a ella la tierra estaba desnuda y polvorienta. Los que pasaban por el cementerio, al ver aquella placita y el surco polvoriento que la rodeaba, se admiraban, sabiendo que ni hombre ni bestia habían abierto aquel surco pisándolo. Permaneció algún tiempo y después desapareció. Al verano siguiente se la vio de igual modo en el mismo lugar, pero ya mucho más ancha. Y tenía alrededor un borde gastado, como antes, y polvoriento. Asimismo, el tercer verano apareció la rueda, igualmente cubierta de hierba y ceñida como por una senda polvorienta, pero ya mucho más extendida. Y en adelante, durante muchos años, se la veía extenderse, ensanchándose poco a poco. Los que examinaban la causa con más detenimiento creían que era algún prodigio, conjeturando que la rueda verde quizá figuraba la fama del bienaventurado Geraldo, llena del verdor de la virtud.

Quae fama per populos, qui ariditate bonorum operum steriles sunt, quos pulvereus circulus significaret, subinde se spargit et illos exemplo suo quasi fecundat; dum pro ejus amore gratam peregrinationem et laborem suscipiunt, dum et munera offerunt, et nonnulli melioratis moribus redeunt: sicut rota illa in antea se extendens ariditatem pulverei circuli ex parte replebat. Utrum vero hoc significaverit, rerum dispositor novit. Certum est tamen quod nihil in terra sine causa fit.

V.

Quidam bonae opinionis clericus civitate Rotenus degit. Hic, si somnio fides adhibenda est, visionem vidit ita continentem: Erat quasi altus locus, ubi splendor ingens fulgebat. Ad quem splendorem per quatuor gradus ascendebatur. Ante primum vero gradum erat quasi antepodium de ferro. Secundus gradus habebat antepodium aereum. Tertius argenteum. Quartus aureum. In primo itaque gradu vidit advenire duos viros splendidissimos vultu et habitu. Quos alii duo sequebantur, qui inter se tertium per manus ducebant. Dictum est autem clerico qui hoc videbat, quod illi duo primi essent sanctus Paulus, et sanctus Martialis: alii duo qui sequebantur, sanctus Petrus et sanctus Andreas. Si quidem tertium quem ducebant, sanctum esse Geraldum. Quem scilicet clericus ille in hac vita manentem minime cognovit. Sed dum postea referret, quali eum statura, vel facie vidisset, illi, qui eum noverant, speciem recognoverunt. Cum ergo venissent ad primum gradum, psallebant quasi psalmum. Post quem sanctus Petrus collectam dixit. Quam completam, responderunt: Amen. Ita fecerunt secundo, tertio, atque quarto. Caeteris autem stantibus, beatus Petrus usque ad locum praedicti splendoris pertetendit. Et prostratus in terra, aliquantisper adorans, jacuit. Tunc surrexit, et usque tertio se prostravit. Deinde vox quasi de illo splendore respondens, requirit quid vellet. At ille: Domine, inquit, pro servo tuo Geraldo misericordiam tuam deprecor. Et tunc nescio quis, veluti codicem tenens, quasi vitam illius recitabat. Cumque aliquandiu legeret, hoc tantummodo clericus intelligere valuit: Qui potuit transgredi, et non est transgressus; et facere mala, et non fecit. Tunc ad eum vox: Fac, inquit, de eo quod vis. Et protulit quasi sceptrum dans illi, per quod haberet potestatem exaltandi eum. Clericus vero vocem dantis audivit, sed non nisi sceptrum vidit. Tum vero beatus Petrus ad eos, qui se exspectabant, gaudens rediit. Sane ad locum, ubi stabant, apparuit quasi clivosus ascensus in coelum usque porrectus. Beatus autem Petrus dilectum Dei Geraldum manu tenens, et per gradus illos ascendere incipiens, excelsa voce, Te Deum laudamus, exclamavit. Et ita psallentes coelum cum eo petierunt. Siquidem hanc secutum est visibiliter aliud de ejus sepulcro signum.

Esa fama se difunde una y otra vez entre los pueblos que son estériles por la sequedad de las buenas obras, a los que significaría el círculo polvoriento, y los hace como fecundos con su ejemplo, cuando por amor de él emprenden una grata peregrinación y su fatiga, cuando ofrecen dones, y algunos vuelven con las costumbres enmendadas: así como aquella rueda, extendiéndose hacia fuera, llenaba en parte la sequedad del círculo polvoriento. Si significó esto, lo sabe el que ordena todas las cosas. Es cierto, sin embargo, que nada sucede en la tierra sin causa (Job 5,6).

V

En la ciudad de Rodez vive un clérigo de buena fama. Este, si ha de darse fe a un sueño, tuvo una visión que contenía lo siguiente: había como un lugar alto, donde brillaba un inmenso resplandor. A ese resplandor se subía por cuatro gradas. Ante la primera grada había como una baranda de hierro. La segunda grada tenía una baranda de bronce. La tercera, de plata. La cuarta, de oro. En la primera grada vio llegar a dos varones resplandecientes en extremo de rostro y de vestido. Los seguían otros dos, que llevaban de las manos a un tercero entre ellos. Y se le dijo al clérigo que veía esto que aquellos dos primeros eran san Pablo y san Marcial; los otros dos que seguían, san Pedro y san Andrés. Y que el tercero, al que conducían, era san Geraldo. Aquel clérigo no lo había conocido en absoluto mientras vivía en esta vida. Pero cuando después refería de qué estatura y rostro lo había visto, los que lo habían conocido reconocieron su aspecto. Cuando llegaron a la primera grada, cantaban como un salmo. Después de él, san Pedro dijo una colecta. Terminada esta, respondieron: «Amén». Así lo hicieron por segunda, tercera y cuarta vez. Mientras los demás permanecían de pie, el bienaventurado Pedro avanzó hasta el lugar de aquel resplandor. Y, postrado en tierra, permaneció tendido un rato en adoración. Luego se levantó y se postró hasta tres veces. Después una voz, como respondiendo desde aquel resplandor, le pregunta qué quería. Y él dijo: «Señor, imploro tu misericordia por tu siervo Geraldo». Y entonces no sé quién, como sosteniendo un códice, parecía recitar su vida. Y, después de leer un buen rato, el clérigo solo pudo entender esto: El que pudo transgredir y no transgredió, y hacer el mal y no lo hizo (Eclo 31,10). Entonces la voz le dijo: «Haz con él lo que quieras». Y le tendió como un cetro, dándoselo, por el cual tuviera poder para exaltarlo. El clérigo oyó la voz del que lo daba, pero no vio más que el cetro. Entonces el bienaventurado Pedro volvió gozoso a los que lo esperaban. Y en el lugar donde estaban apareció como una subida en pendiente que se extendía hasta el cielo. Y el bienaventurado Pedro, llevando de la mano a Geraldo, el amado de Dios, y comenzando a subir por aquellas gradas, exclamó en voz alta: «Te Deum laudamus». Y así, cantando salmos, se dirigieron con él al cielo. A esta visión siguió, de modo visible, otra señal relativa a su sepulcro.

VI.

Septimo postquam migraverat anno, sarcophagus, qui usque medium cooperculi terra contusa, calcibus fuerat contectus, sensim eminere super eamdem terram coepit. Nec tamen terra, quae erat in gyro, aut elevari, aut deprimi visa est. Incolae tamen necdum hoc animadvertebant. Cum interea quidam clericus de Lemovicensi pago veniens, interrogabat monachos, utrum sarcophagus domni Geraldi sursum adhuc emersisset. Et subjunxit quod admonitus per somnium fuerit, ut ad ejus tumulum veniret, quoniam ejus sarcophagus jam apparere coepisset. Tum vero monachi cum ipso pergentes ad tumulum, et linteum desuper evellentes, ita repererunt, ut clericus dormiens viderat. Et tunc quidem aliquantulum eminebat. Jam vero non parum altior videtur. Quisquis autem hoc dignoscit, virtutem aliquam esse divinam ignorare nequit. Ex hoc igitur miracula crebro fieri coeperunt.

VII.

Circumcisionis Dominicae solemnitas advenerat, cum vassus quidam nomine Adraldus focum caragiorum tota nocte in domo sua fieri praecepit. Intempesta autem ipsius noctis hora, daemones super focum custodes irruerunt. Quibus ita damnati sunt, ut unum occiderent, alterum, debilitatis membris corporea salute privarent. Qui postea mendicando vitam exigens, ad Aureliacum deportatus est. Quo dum per aliquot dies victitaret, quidam violenti homines praesumptionem faciebant contra potestatem loci ipsius. Qua de causa monachi signa sonare, atque litaniis insistere coeperunt. Tunc ille contractus supplicabat, ut hi, qui circumstabant, hunc ad sepulcrum domni Geraldi deferrent. Quod cum illi fecissent, orabat ut sibi subvenire dignaretur. Qui post modicum sanus surrexit, et redintegratis membris, omnibus denuo in momento convaluit. Ex hoc jam coeperunt miracula subinde patrari virtutumque ejus opinio certius atque diffusius resonare. De quibus si forte quis dubitet, quoniam saepius eadem in infirmis repetuntur, potest visu probare, per quod praeteritorum fides sumat. Quae autem in iis qui variis langoribus opprimuntur, divina dignatio saepius iterare dignatur, hoc propter prolixitatem praetermisimus. Quaedam tamen ad gloriam ejusdem beati viri commendandam perstrinximus, ne inconsulte ea transilisse videamur.

VIII.

VI

El séptimo año después de su partida, el sarcófago, que había sido cubierto hasta la mitad de la tapa con tierra apisonada con los pies, comenzó poco a poco a sobresalir por encima de esa tierra. Y sin embargo la tierra que lo rodeaba no se vio ni elevarse ni hundirse. Los habitantes, sin embargo, aún no lo advertían. Entretanto, un clérigo que venía del Lemosín preguntaba a los monjes si el sarcófago del señor Geraldo había emergido ya hacia arriba. Y añadió que había sido advertido en sueños de que viniera a su sepulcro, porque su sarcófago había empezado ya a aparecer. Entonces los monjes fueron con él al sepulcro y, quitando el lienzo que lo cubría, lo encontraron tal como el clérigo lo había visto mientras dormía. Entonces sobresalía solo un poco. Pero ahora se ve no poco más alto. Y quien lo observa no puede dejar de reconocer que es alguna virtud divina. Desde entonces, pues, comenzaron a obrarse milagros con frecuencia.

VII

Había llegado la solemnidad de la Circuncisión del Señor, cuando un vasallo llamado Adraldo mandó que en su casa se mantuviera toda la noche un fuego de hechiceros. Pero a la hora más profunda de esa noche los demonios se abalanzaron sobre los que guardaban el fuego. Y los dañaron de tal modo que a uno lo mataron y a otro, inutilizándole los miembros, lo privaron de la salud del cuerpo. Este, que después vivía mendigando, fue llevado a Aurillac. Mientras vivía allí algunos días, ciertos hombres violentos cometían un atropello contra el señorío de aquel lugar. Por esa causa, los monjes comenzaron a tocar las campanas y a insistir en las letanías. Entonces el tullido suplicaba a los que estaban alrededor que lo llevaran al sepulcro del señor Geraldo. Cuando lo hicieron, oraba para que se dignara socorrerlo. Poco después se levantó sano y, restablecidos los miembros, recobró en un momento el vigor de todos ellos. Desde entonces comenzaron a obrarse milagros una y otra vez, y la fama de sus prodigios a resonar con más certeza y más extensamente. Si alguien acaso duda de ellos, puesto que se repiten a menudo en los enfermos, puede comprobarlo con sus propios ojos, y con ello adquirir fe en los pasados. Pero lo que la dignación divina se digna repetir con frecuencia en los que están oprimidos por diversas enfermedades, lo hemos omitido para no alargarnos. Con todo, hemos tocado brevemente algunos, para encarecer la gloria de este bienaventurado varón, no fuera que pareciera que los habíamos pasado por alto inconsideradamente.

VIII

Constat autem quod idem sanctus vir, dum adviveret, multas sanctorum reliquias ad Aureliacum advexit. Quippe, ut superius dictum est, istius causae studiosissimus fuerit, et ad impetrandum quod vellet, non parvam gratiam a Deo habuerit. Inter caetera denique sanctorum chymilia, quae illic habentur, est quoddam lignum Domini, cui talis virtus inesse frequenti experimento dignoscitur, ut si quis illud equitando portet, equus in brevi moriatur; aut si perjurium forte quis fecerit, emptilentiscus [epilepticus] fiet. Non pauci etenim jam propter hoc peccatum caduci facti sunt. Incolae autem regionis illius mores valde ferinos habere solebant, sed aliquantulum exemplo vel reverentia sancti hominis esse mitiores videntur. Cum autem foedus, aut aliquod grande juramentum jure decernunt, per quemlibet monachum, aut clericum, qui tamen pedester incedat, deferri sibi faciunt.

IX.

Quidam sane de beati Geraldi gloria temere disputantes asserunt, quod ista curationum gratia, non meritis ejus, sed istarum virtutibus reliquiarum conferatur. At nos causam diligentius considerantes, id credimus, quod ita per sancta illa pignora sanitatum beneficia tribuuntur, ut virtus quoque beati Geraldi cooperatrix non negetur. Nam hoc ipsa qualitas accidentium rerum credi suadet, quoniam ipse solet infirmis per visum apparere, et maxime ante ejus tumulum sanitatis beneficium conferre. Ut est de filio Joannis videlicet Arvennensis [Arvernensis] vicecomitis, quem mutum et surdum, una manu contractum ibidem detulit. Ante sepulcrum namque prosternens sese in orationem dedit. Nocte jam mediante, sanguis ab ejus auribus erupit, manusque illius directa est, quam circa collum patris sanam expandit, et primam vocem emittens, panem ab eo quaesivit. At ille gratias agens pro filio, totam ecclesiam clamore complevit, et quemdam sui juris alodum ad sanctum sepulcrum tradidit. Sane de isto nominatim commemoramus, pro eo quod miraculum in excellenti persona patratum, ad multorum notitiam pervenit. Dissimilia autem vel diversa alterius generis, primo quidem ab incolis notabantur, sed cum numerus immensus cresceret, omissa est cura numerandi.

X.

Consta que este santo varón, mientras vivió, llevó a Aurillac muchas reliquias de santos. Pues, como se dijo más arriba, era celosísimo en este asunto, y tenía de Dios no pequeña gracia para obtener lo que deseaba. Entre los demás tesoros de los santos que allí se guardan, hay un trozo del madero del Señor, en el que, como se comprueba por frecuente experiencia, reside tal virtud que, si alguien lo lleva cabalgando, el caballo muere en breve; o, si alguno acaso comete perjurio, se vuelve epiléptico. En efecto, no pocos han caído ya en el mal caduco por este pecado. Los habitantes de aquella región solían tener costumbres muy feroces, pero por el ejemplo o la reverencia del santo varón parecen ser algo más mansos. Y cuando, conforme a derecho, deciden un pacto o algún gran juramento, hacen que se lo traiga algún monje o clérigo, que, eso sí, ha de ir a pie.

IX

Algunos, disputando temerariamente acerca de la gloria del bienaventurado Geraldo, afirman que esta gracia de curaciones no se confiere por sus méritos, sino por la virtud de estas reliquias. Pero nosotros, considerando la causa con más detenimiento, creemos que los beneficios de salud se conceden por medio de aquellas santas reliquias de tal modo que no se niega la cooperación de la virtud del bienaventurado Geraldo. Pues la misma índole de los hechos persuade a creerlo, ya que él suele aparecerse en visión a los enfermos y conferir el beneficio de la salud sobre todo ante su sepulcro. Así ocurrió con el hijo de Juan, vizconde de Auvernia, a quien su padre llevó allí mudo, sordo y con una mano tullida. Postrándose ante el sepulcro, se entregó a la oración. Mediada ya la noche, brotó sangre de los oídos del muchacho, y su mano se enderezó, y la extendió, sana, en torno al cuello de su padre, y, pronunciando sus primeras palabras, le pidió pan. Y el padre, dando gracias por su hijo, llenó toda la iglesia con sus clamores, y donó al santo sepulcro un alodio de su propiedad. Mencionamos este por su nombre porque, al ser un milagro obrado en una persona eminente, llegó a conocimiento de muchos. Otros, distintos o de diverso género, al principio los anotaban los habitantes; pero, como su número creció inmensamente, se abandonó el cuidado de contarlos.

X

In Aureliaco oppido ante fores ecclesiae erat epistilium, ex quo ille ascendere equum solebat. Quod videlicet cum infirmi ob ejus amorem deosculantur, solent recipere sanitatem. Ob quam etiam causam nunc est ab incolis intra ecclesiam transpositum, et in modum altaris palla coopertum. Non longe ab oppido quod rustici Mulsedonum dicunt, praedictus vir Dei casam habuerat. Porro oppidani mutuo condixerunt, ut mensam ejus, quae in praedicta casa adhuc erat, sibi ad reficiendum deferrent. Quod et fecerunt. Casu vero ad frontem cujusdam domus, hinc portitores projecerunt. Cum super eam quidam, veniente meridie, dormire vellet, subito caecus et amens effectus est. Deinde cum etiam canis eamdem mensam calcaret, omnibus membris statim diriguit. Necdum tamen illis advertentibus quidnam esset, alius itidem super hanc se projecit, sed et ipse protinus caecatus est. Tandem intelligentes, quin ob tabulam sancti viri frequenti ejus refectione consecratam ista pertulerint; hanc ad Ecclesiam beati Martini quae prope est, linteo contectam deportaverunt. Quae nunc usque domatis ibidem suspensa comparet. Ad aliam ejus mensam quae erat in villa Vaxia, quidam presbyter cum vicinis ad convivium venerat. Cumque sicut fieri solet, inter epulas gannirent, et verba ridicula vicissim immiscerent, subito pavor ingens ita omnes perculit, ut statim intermittentes scurrilitatem, ad alium locum comesuri secederent. Mensam vero deportaverunt ad illud oratorium, quod factum est in quodam loco, ubi feretrum portatores deposuerunt, ad mutandum pallium. Quo videlicet loco pecora circumquaque vagantia, cum forte spatiolum illud ubi feretrum, sicut diximus, positum fuerat, pascendo contigissent, protinus tormentari incipiebant, et nonnulla moriebantur. Incolae vero per id quod animalibus acciderat, causam intelligentes, ibidem praedictum oratorium construxerunt. Quo dehinc certum est, quod plerique infirmi sanitatem sunt adepti. Praeterea mirum quiddam et pene incredibile contigit, nisi quia usu probatur. Nam fonticula ex tunc in eodem loco subbullit, quae viantibus ad potum sufficiat.

XI.

Rainaldus, quem vir Domini suspectum habens, juramento, sicut superius dictum est, adhuc vivens constrinxerat, illius juramenti fidem rupit, et familiae, quam coenobio delegaverat, nimis erat cum suis infestus. Singuli autem, inter praedationes, quas patiebantur, nomen domni Geraldi inclamare solebant. Quadam autem nocte visum est ipsi Rainaldo, quod virum Dei sibi astantem cerneret. Qui cum juramenti fidem ab eo requireret, simul admonuit, ut familiam vexare de caetero cessaret. Excitatus ille indicavit conjugi visionem. Quem et illa suadebat, ut vel commonitus juramentum servaret.

En la villa de Aurillac, ante las puertas de la iglesia, había un poyo de piedra desde el cual solía él montar a caballo. Cuando los enfermos lo besan por amor de él, suelen recobrar la salud. Por esta causa los habitantes lo han trasladado ahora al interior de la iglesia y lo han cubierto con un paño a manera de altar. No lejos de la villa que los campesinos llaman Mulsedonum, el mencionado hombre de Dios había tenido una casa. Los vecinos de la villa acordaron entre sí llevarse su mesa, que todavía estaba en aquella casa, para comer en ella. Y así lo hicieron. Los porteadores, por casualidad, la arrojaron delante de una casa. Cuando, al llegar el mediodía, uno quiso dormir sobre ella, de repente quedó ciego y fuera de sí. Luego, cuando también un perro pisó esa mesa, al instante se le pusieron rígidos todos los miembros. Pero sin que ellos advirtieran todavía qué pasaba, otro se echó igualmente sobre ella, y también él quedó ciego al instante. Al fin, comprendiendo que habían sufrido estas cosas por causa de la mesa del santo varón, consagrada por las frecuentes comidas que él hacía en ella, la cubrieron con un lienzo y la llevaron a la iglesia del bienaventurado Martín, que está cerca. Allí se la ve hasta hoy colgada del techo. A otra mesa suya, que estaba en la villa de Vaxia, había acudido un presbítero con sus vecinos para un banquete. Y como, según suele suceder, parloteaban entre los manjares y se intercambiaban palabras jocosas, de repente un pavor inmenso los sobrecogió a todos de tal modo que, interrumpiendo al punto sus chocarrerías, se retiraron a otro lugar para comer. Y llevaron la mesa a aquel oratorio que se construyó en el lugar donde los portadores depositaron el féretro para cambiar el paño. En ese lugar, cuando el ganado que vagaba por los alrededores llegaba por casualidad, pastando, a aquel pequeño espacio donde, como dijimos, se había puesto el féretro, al punto empezaba a atormentarse, y algunos animales morían. Los habitantes, comprendiendo la causa por lo que les había ocurrido a los animales, construyeron allí mismo el oratorio mencionado. Es cierto que desde entonces muchos enfermos han obtenido allí la salud. Además ha ocurrido algo admirable y casi increíble, si no fuera porque lo prueba el uso. Pues desde entonces brota en ese mismo lugar un pequeño manantial, que basta para dar de beber a los caminantes.

XI

Rainaldo, a quien el varón del Señor, teniéndolo por sospechoso, había obligado con juramento cuando aún vivía, como se dijo más arriba, rompió la fe de aquel juramento, y con los suyos era muy hostil a los siervos que Geraldo había traspasado al monasterio. Y cada uno de ellos, en medio de los saqueos que padecían, solía invocar a gritos el nombre del señor Geraldo. Una noche le pareció al mismo Rainaldo que veía al hombre de Dios de pie a su lado. Este le reclamó la fe del juramento y a la vez le advirtió que dejara en adelante de vejar a los siervos. Al despertar, contó la visión a su esposa. Y ella le persuadía de que, al menos ya advertido, guardara el juramento.

Et ille compunctus ad horam suis idem retulit, praecipiens, sed ignaviter, ut familiam non inquietarent. Sed illi post paululum ad consuetam rapacitatem redierunt. Nec Rainaldus obsistebat, quia pronus erat ad malum. Et quamvis sanguine esset sancto viro propinquus, tamen ab ejus pietate longe erat alienus. Tum itidem sanctus vir eidem minans apparuit, et quae bona sibi fecisset, pro quibus ille mala reddebat, furibundus exprobravit, atque percutiens eum in capite, e vicino mortem sibi secuturam comminatus est.

XII.

In provincia, quae Alamannia vocatur, nobilis homo erat obsessus a daemonibus. Parentes vero, et milites sui per multa pignora sanctorum ducebant eum, ut saltem per eorum intercessionem divina gratia liberasset. Sed distributor omnium bonorum, qui electum suum glorificare disposuit hanc virtutem ei reservavit. Nomen vero beati viri in ipsa provincia necdum auditum erat. Praedicti autem parentes dum eum ducerent ante corpora sanctorum, daemones saepius clamabant, de ejus corpore se minime exire, nisi per intercessionem beati Geraldi. Tum iidem parentes daemoniaci huc illucque discurrebant, si vel provinciam audissent, in qua beatus Geraldus esset. Et nescio aut Romei, aut quilibet peregrinus indicavit eis provinciam et locum. Qui festine ad Aureliacum venerunt. Mox ut venit ante sepulcrum, clamare coeperunt daemones per eum obsessum: O Geralde, inquit, utquid illudis nos? Utquid ardemus tua virtute? Qui mox cecidit in terram, et evomuit eos una cum sanguine. Ex illa hora, et deinceps, incolumis mansit.

Y él, compungido por un momento, refirió lo mismo a los suyos, mandándoles, aunque sin firmeza, que no inquietaran a los siervos. Pero ellos, poco después, volvieron a su rapacidad acostumbrada. Y Rainaldo no se oponía, porque era propenso al mal. Y aunque era pariente cercano del santo varón por la sangre, estaba muy lejos de su piedad. Entonces el santo varón se le apareció de nuevo amenazante, y, airado, le echó en cara los bienes que le había hecho y a los que él correspondía con males; y, golpeándolo en la cabeza, le anunció que la muerte le sobrevendría muy pronto.

XII

En la provincia llamada Alamania había un hombre noble poseído por los demonios. Sus parientes y sus caballeros lo llevaban ante muchas reliquias de santos, para que al menos por su intercesión lo librara la gracia divina. Pero el Dispensador de todos los bienes, que había dispuesto glorificar a su elegido, le reservó este prodigio. Y el nombre del bienaventurado varón aún no se había oído en esa provincia. Y mientras sus parientes lo conducían ante los cuerpos de los santos, los demonios gritaban a menudo que de ningún modo saldrían de su cuerpo sino por la intercesión del bienaventurado Geraldo. Entonces los parientes del endemoniado corrían de acá para allá, por si al menos oían hablar de la provincia en que estaba el bienaventurado Geraldo. Y no sé si unos romeros o algún peregrino les indicó la provincia y el lugar. Ellos vinieron a toda prisa a Aurillac. En cuanto llegó ante el sepulcro, los demonios comenzaron a gritar por boca del poseso: «¡Oh Geraldo! —decía—, ¿por qué te burlas de nosotros? ¿Por qué ardemos por tu poder?». Él cayó al punto en tierra y los vomitó junto con sangre. Desde aquella hora en adelante quedó sano.